PHILODEMI

RHETORICA

EX HERCULANENSI PAPYRO LITHOGRAPHICE OXONII EXCUSA

RESTITUIT LATINE VERTIT

DISSERTATIONE DE GRAECA ELOQUENTIA ET RHETORICA
NOTITIAQUE DE HERCULANENSIBUS VOLUMINIBUS AUXIT
ANNOTATIONIBUS INDICIBUSQUE INSTRUXIT

E. GROS

STUDIORUM IN ACADEMIA PARISIENSI INSPECTOR

ADJECTI SUNT

DUO PHILODEMI LIBRI DE RHETORICA NEAPOLI EDITI

PARISIIS

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI

VIA JACOB 56

MDCCCXL.

PHILODEMI

RHETORICA.

PHILODEMI

RHETORICA

EX HERCULANENSI PAPYRO LITHOGRAPHICE OXONII EXCUSA

RESTITUIT LATINE VERTIT

DISSERTATIONE DE GRAECA ELOQUENTIA ET RHETORICA NOTITIAQUE DE HERCULANENSIBUS VOLUMINIBUS AUXIT ANNOTATIONIBUS INDICIBUSQUE INSTRUXIT

E. GROS

STUDIORUM IN ACADEMIA PARISIENSI INSPECTOR

ADIECTI SUNT

DUO PHILODEMI LIBRI DE RHETORICA NEAPOLI EDITI.

PARISIIS

EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI

VIA JACOB 56.

MDCCCXL.

JO. FR. BOISSONADE

J. VICT. LE CLERC

CAR. BEN. HASE

VIRIS

DOCTRINA ORNATISSIMIS

CRITICÆ ARTIS

PERITISSIMIS

INSTITUTI GALLICI

SOCIIS

D. D.

AD

PHILODEMI

DE

RHETORICA LIBROS

DISSERTATIO ISAGOGICA.

E Philodemi libro a me nunc edito in lucem, sicut e duobus de Rhetorica voluminibus, Neapoli vulgatis ann. 1832-1835, perspicuum est nobilem illum Epicuri discipulum non tradidisse præcepta; sed temporis sui sophistas pervicacissimo impugnasse animo. Indagandum igitur ante omnia, qualis Nostri ætate *Sophistica* esse debuerit; et presse, quoad fieri possit, definiendum quinam tunc in numero sophistarum fuerint habendi. Quo magis aperta res fiat, græcæ Eloquentiæ et Rhetoricæ, ab earum ortu usque ad Augustum adumbranda videtur historia.

CAPUT PRIMUM.

De Eloquentia apud Græcos inde a remotissimis temporibus usque ad Augustum.

Eloquentiam, cujus studium fuit proprium Athenarum (1), si quis hominem quasi consideret, totamque ejus ætatem percenseat; qua cœperit, utque adoleverit, ut ad quemdam juventæ florem pervenerit, ut consenuerit; quatuor gradus processusque ejus inveniet.

Prima ætas fuit sub Themistocle, Cimone, Pericle, Alcibiade, Thucydide (2); quamquam et Pisistratus, multis annis ante hos, et paulo senior

(1) Cic. Brut., XIII: « Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Lacedæmonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem. » Vell. Paterç., I, 18: « Una urbs Attica pluribus annis eloquentiæ, quam universa Græcia, operibusque floruit etc. » Ubi legendum censet Ruhuken. Hist. crit. Orat. græc. p. XXXVII: « Una urbs Attica pluribus sanæ eloquentiæ, quam universa Græcia, operibus effloruit. » Quod paulo audacius videtur. Si quid mutandum, libenter cum Lipsio conjiciam: « Una urbs Attica, pluribus annis eloquentia, quam universa Græcia, uberiusque floruit. »

(2) Cf. Ruhnk. l. l. p. XXXVIII-XL; cujus viri, græcis latinisque litteris ornatissimi, aureum libellum sæpius pervolventi mihi occurrebant multa quæ tantummodo indicata, desiderium sui faciebant; non pauca vero a recentioribus editoribus emendata. Hæc dum notarem, satis larga exstitit farrago; unde maxime digna memoratu excerpam.

Solon, posteaque Clisthenes, multum pro temporibus suis valuere dicendo (3). Hæc fuit Eloquentiæ infantia.

Hos oratores secuti sunt (4) Critias, unus e triginta tyrannis; Theramenes, qui deliberativum genus tantummodo tractavit (5); Antiphon Rhamnusius (6); Cephalus (7); Archinus, Thrasybuli adjutor (8); Androcles Pitthensis, acerrimus populi vindex (9); Sophocles, unus e decem viris quibus ante Quadringentos scribendis legibus fuit commissa potestas (10); Cleophon,

(3) Cic. Brut., VII. — (4) Cic. ibid.

(5) Ὅστις γὰρ οἶδε μόνον τὸ συμβουλευτικὸν, μὴ μέντοι τὸ δικανικὸν καὶ τὸ πανηγυρικὸν, οὗτος ῥήτωρ τέλειος, ὡς Θηραμένης ὁ κόθορνος· συμβουλεύειν γὰρ μόνον εἰδὼς, ὅμως ῥήτωρ ἐνομίζετο. Doxopat. Proleg. Rhet. in Rh. gr. Walz., Tom. VI, p. 20-21. Ad quæ verba adludens Ruhnk. l. l. p. XL meminit Langbænii ad Longin., p. 17, qui Msti fidem secutus horum prolegomenorum auctorem putat esse Troilum Sophistam. De auctore magis probabili, Doxopatro, cf. Walz. l. l. p. 1-2.

(6) Vide cap. II, De Rhetor. § I, p XL-XLI.

(7) Ruhnk. ibid., p. XLI, et Spengel, Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 105. Cf. Not. 32.

(8) Ruhnk., p. XLII.

(9) Ibid. p. XLIII, et Thucyd, VIII, 65: καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα τέ τινα, τοῦ δήμου μάλιστα προεστῶτα, ξυστάντες τινὲς τῶν νεωτέρων, κρύφα ἀποκτείνουσιν.

(10) Ruhnk., p. XLIII. Sophoclis meminit Aristot. Rhet., I, 14: καὶ εἰ ὁ παθὼν, καὶ εἰ ὁ ἀδικηθεὶς αὐτὸς αὑτὸν μεγάλως ἐκόλασεν· ἔτι γὰρ μείζονι ὁ ποιήσας δίκαιος κολασθῆναι· οἷον, Σοφοκλῆς ὑπὲρ Εὐκτήμονος συνηγορῶν, ἐπεὶ ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ὑβρισθεὶς, οὐ τιμήσειν ἔφη ἐλάττονος, ἢ οὗ ὁ παθὼν ἐτίμησεν ἑαυτόν. Ibid. III, 18: οἷον, Σοφοκλῆς ἐρωτώμενος ὑπὸ Πεισάνδρου, εἰ ἔδοξεν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις προβούλοις, καταστῆσαι τοὺς τετρακοσίους,

improbus homo et demagogus (11); Aristophon Azeniensis, cum altero Colyttensi minime confundendus (12); Andocides et Phæax (13); Autocles, orator solertissimus (14); Iphicrates, non imperatoriis tantum, verum et oratoriis artibus insignis (15); Callistratus qui Demostheni

ἔφη. Τί δὲ οὐ πονηρά σοι ταῦτα ἐδόκει εἶναι; ἔφη. Οὐκοῦν σὺ ταῦτα ἔπραξας τὰ πονηρά; Ναί, ἔφη· οὐ γὰρ ἦν ἄλλα βελτίω.

(11) Ruhnk. p. XLIV-XLV.

(12) De Aristophontibus omnino legendus Ruhnk. p. XLV-XLVII.

(13) Ruhnk. p. XLVII-LVII.

(14) Xenophon, Hellenic. VI, 3: Μετὰ τοῦτον Αὐτοκλῆς, μάλα δοκῶν ἐπιστρεφὴς εἶναι ῥήτωρ, ὧδε ἠγόρευεν· Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι κτλ. Hujus verba in Mixidemidem refert Aristot. Rhet. II, 23: εἰ ταῖς μὲν σεμναῖς Θεαῖς καλῶς εἶχεν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δοῦναι δίκην, Μιξιδημίδῃ δ' οὔ; Cf. Ruhnk. p. LVII.

(15) Justin. VI, 5. Iphicratis meminit Aristot., Rhet. I, 9. Fragmenta orationis adversus Harmodium citat, ibid. II, 23: εἰ πρὶν ποιῆσαι ἠξίουν τῆς εἰκόνος τυχεῖν, ἐὰν ποιήσω, ἔδοτε ἄν· ποιήσαντι δ', ἆρ' οὐ δώσετε; Μὴ τοίνυν μέλλοντες μὲν, ὑπισχνεῖσθε· παθόντες δ', ἀφαιρεῖσθε. Verba quæ in Aristophontem acerbe jactavit occurrunt ibid.: ᾧ ἐχρήσατο Ἰφικράτης πρὸς Ἀριστοφῶντα, ἐπερόμενος, εἰ προδοίη ἂν τὰς ναῦς ἐπὶ χρήμασιν· οὐ φάσκοντος δὲ, εἶτα εἶπε, σὺ μὲν Ἀριστοφῶν ὢν οὐκ ἂν προδοίης· ἐγὼ δ' ὢν Ἰφικράτης; Cujus dicti vim et acrimoniam Ruhnk. notat (p. LVIII) diluisse vertendo Quinctil. V, 12: « Cui simile quid- « dam fecisse Iphicrates dicitur, qui, quum Aristophontem, « quo accusante similis criminis reus erat, interrogasset, an is « accepta pecunia rempublicam proditurus esset? isque id ne- « gasset: » « Quod igitur, inquit, tu non fecisses, ego feci? » Calliam lacessivit, Aristot. Rhet. III, 2: ὡς καὶ Ἰφικράτης Καλλίαν μητραγύρτην, ἀλλ' οὐ δᾳδοῦχον.. Immo, ipsos Athenienses, ibid. 10: Ἰφικράτης, σπεισαμένων Ἀθηναίων πρὸς Ἐπίδαυρον καὶ

eloquentiæ studium injecit (16); Cephisodotus, nemini dicendi laude inferior (17) : hi præcesserunt vel attigerunt ætatem Lysiæ quem prope audeas oratorem perfectum dicere (18). Post Lysiam floruerunt Isocrates, cujus domus patuit quasi quædam officina dicendi (19); Leodamas Acharnensis, Isocratis discipulus (20); Lycoleon (21) et Coc-

τὴν παραλίαν, ἠγανάκτει, φάσκων αὐτοὺς τοῦ πολέμου τὰ ἐφόδια παρῃρῆσθαι. Alia fragmenta reperimus, ibid.: ὡς Ἰφικράτης εἶπεν· ἡ γὰρ ὁδός μοι τῶν λόγων διὰ μέσων τῶν Χάρητι πεπραγμένων ἐστί. Ibid. 15: ὥσπερ Ἰφικράτης πρὸς Ναυσικράτην· ἔφη γὰρ ποιῆσαι ὃ ἔλεγε· καὶ βλάψαι, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖν. Cf. Ruhnk. p. LVII-LVIII.

(16) Ruhnk. p. LVIII-LX.

(17) Adversus eum haud inficeta imagine utebatur Antisthenes; Aristot., Rhet. III, 4: Ἀντισθένης Κηφισόδοτον τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἴκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει. Ipsius Cephisodoti dicta laudat, ibid. 10: Κηφισόδοτος, σπουδάζοντος Χάρητος εὐθύνας δοῦναι περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πολεμον, ἠγανάκτει, φάσκων εἰς πνίγμα τὸν δῆμον ἔχοντα, τὰς εὐθύνας πειρᾶσθαι δοῦναι. Paulo infra: καὶ ὥσπερ Κηφισόδοτος εὐλαβεῖσθαι ἐκέλευε, μὴ πολλὰς ποιήσωσι τὰς συνδρομὰς ἐκκλησίας. Cf. Ruhnk. p. LX.

(18) Cic. Brut. IX. De Lysia legendus Dionys. Halic. judic. Cf. Ruhnk. p LX; Taylor; Westermann, Geschichte der Beredsamkeit in Griechenland und Rom, Tom. I, p. 73-77.

(19) Cic. Brut. VIII. De Isocrate legendus Dionys. Halic. Isocrat. judic. Cf. Ruhnk. p. LXI-LXII, Westermann, l. l. p. 77-83.

(20) Ruhnk. p. LXIII-LXIV.

(21) Orationis quam pro Chabria habuit fragmentum suppeditat Aristot. Rhet. III, 10: καὶ Λυκολέων ὑπὲρ Χαβρίου· οὐδὲ τὴν ἱκετηρίαν αἰσχυνθέντες αὐτοῦ τὴν εἰκόνα τὴν χαλκῆν. Μεταφορὰ γὰρ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' οὐκ αἰεὶ, ἀλλὰ πρὸ ὀμμάτων· κινδυνεύοντος γὰρ αὐτοῦ, ἱκετεύει ἡ εἰκών· τὸ ἄψυχον δὴ ἔμψυχον. Cf. Ruhnk. p. LXIV.

cus Atheniensis(22); Isæus, Demosthenis magister, præstantissimisque philosophis usus familiarissime (23); Eubulus Anaphlystius, orator et demagogus (24). Hoc tempus virorum incitatissimi ingenii proventu commendatur memoriæ : ideo Eloquentiæ adolescentiam fuisse haud immerito dixeris.

Eamdem ad summum provectam fastigium videmus, ubi tempus illud attigimus, quo Athenæ et Macedonia mirando conflixere duello. Hinc stabant, qui patriæ libertatisque patrocinium susceperant, Lycurgus (25), Demosthenes (26), Hyperides (27) : hos tamquam duces proseque-

(22) De quo contemptim Quinctil. XII, 10 : « Quis erit hic Atticus? Sit Lysias : hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modum. Non igitur jam usque ad Coccum et Andocidem remittemur. »

(23) Dionys. Halic. Isæi judic. I. Cf. Ruhnk. p. LXIV, Westermann, l. l. p. 87-89.

(24) De Eubulis, vide Ruhnk. p. LXV-LXVIII.

(25) Adi Taylor. Lycurgi Vit. et Westermann, l. l. p. 100-103.

(26) Cic., Brut. IX: « Plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inveniri potuit in eis causis quas scripsit, nihil, ut ita dicam, subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate, vel sententiarum, quo quidquam esset elatius. » Cf. Orat. VII; Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Demosthene; Westermann, l. l. p. 103-113.

(27) De Hyperide vide Plutarch. X Orat. T. IX, p. 372-378, ed. Reisk.; Photius, Bibl. Cod. CCLXVI; Suidas v. Ὑπερίδης, Ruhnken. p. LXIX-LXXI; Westermann, l. l. p. 119-123.

bantur Polyeuctus (28), Diophantus (29), He-

(28) Obesitatem, quæ Polyeuctum dicentem impediret, Phocion ridet, apud Plutarch. in Phoc. IX: Πολύευκτον δὲ τὸν Σφήττιον ὁρῶν ἐν καύματι συμβουλεύοντα τοῖς Ἀθηναίοις πολεμεῖν πρὸς Φίλιππον, εἶτα ὑπ' ἄσθματος πολλοῦ καὶ ἱδρῶτος, ἅτε δὴ καὶ ὑπέρπαχυν ὄντα, πολλάκις ἐπιῤῥοφοῦντα τοῦ ὕδατος· « Ἄξιον, ἔφη, τούτῳ πιστεύσαντας ὑμᾶς ψηφίσασθαι τὸν πόλεμον· ὃν τί οἴεσθε ποιήσειν ἐν τῷ θώρακι καὶ τῇ ἀσπίδι, τῶν πολεμίων ἐγγὺς ὄντων, ὅτε λέγων πρὸς ὑμᾶς ἃ ἔσκεπται, κινδυνεύει πνιγῆναι. Polyeucti de Demosthene et Phocione judicium apud eumdem reperias, in Demosth. X: ὁ δὲ αὐτὸς φιλόσοφος (nimirum Ἀρίστων ὁ Χῖος) Πολύευκτον ἱστορεῖ τὸν Σφήττιον, ἕνα τῶν τότε πολιτευομένων Ἀθήνησιν, ἀποφαίνεσθαι, μέγιστον μὲν εἶναι ῥήτορα Δημοσθένη, δυνατώτατον δ' εἰπεῖν Φωκίωνα. Cf. in Phoc. V. Anaxandrides luxuriam ejus comico sale perstrinxit, Athen. IV, p. 166, D: Πολυεύκτου δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμῳδῶν·

Ὄρνις κεκλήσῃ (φησί) —. Διὰ τί, πρὸς τῆς Ἑστίας;
Πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν,
Ὥσπερ Πολύευκτος ὁ καλός; — Οὐ δῆτ', ἀλλ' ὅτι
Ἄῤῥην ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης.

Occurrit Polyeucti fragmentum apud Longin. De Invent. (olim Apsin. Ars. Rhet.), Walz. Rh. gr. tom. IX, p. 544-545: τῶν δὲ εἰρημένων ἐπαναμνήσομεν, ἢ ἐξ ὑποτυπώσεως τινὸς μέλλοντος γίνεσθαι πράγματος, ὡς Πολύευκτος ἐν τῷ κατὰ Δημάδου. Ἐγράφη μὲν γὰρ ψήφισμα χαλκῆς εἰκόνος τῷ Δημάδῃ· ὁ δὲ κατηγορεῖ τοῦ ψηφίσματος· ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ πλειόνων εἰρημένα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ὅτι μὴ ἦν ἄξιος τῆς τιμῆς τυχεῖν, ταῦτα κεφαλαιωδῶς ἀνέμνησεν ὑποτυπῶν τὸ σχῆμα τοῦ ἀνδριάντος· « Τί γάρ, φησί, σχῆμα ἕξει; Τὴν ἀσπίδα προβεβλήσεται (Ald. προβέβληται, Ruhnk. προβεβληκότος); Ἀλλὰ ταύτην γε ἀπέβαλεν ἐν τῇ μάχῃ τῇ περὶ Χαιρώνειαν. Ἀλλὰ ἀκροστόλιον νεὼς ἕξει; » Ἔπειτα πυνθάνεται· « ποίας; ἢ τῆς τοῦ πατρός; (Reisk. vertit: « quæ, patre ipsius « eam cum imperio trierarchi regente, capta fuit ab hosti- « bus »: Pater autem ejus nec trierarchus fuit, nec trierarchi gessit imperium; sed nauta obscurus, ad quod Polyeuctus adludit. Cf. Lhardy, de Demade, rhetore Atheniensi, p. 19.)

gesippus (30), Mœrocles (31), Aristophon (32)

Ἀλλὰ βιβλίον, ἐν ᾧ φάσεις καὶ εἰσαγγελίαι ἔσονται γεγραμμέναι. Ἀλλὰ, νὴ Δία, στήσεται προσευχόμενος τοῖς Θεοῖς, κακόνους ὢν τῇ πόλει, καὶ τὰ ἐναντία πᾶσιν ἡμῖν εὐχόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἐχθροῖς ὑπηρετῶν.

Ejusdem acute dictum adversus Speusippum citat Aristot. Rhet. III, 10: καὶ τὸ Πολυεύκτου εἰς ἀποπληκτικόν τινα Σπεύσιππον, τὸ μὴ δύνασθαι ἡσυχίαν ἄγειν, ὑπὸ τῆς τύχης ἐν πεντασυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένον. Ruhnk. p. LXXXI tradit Polyeucti orationes laudare Diogen. Laert. VI, 23. Oratoris quidem meminit, ibid.; nequaquam vero orationum: βακτηρίᾳ δὲ ἐπηρείσατο ἀσθενήσας (subintell. ὁ Διογένης)· ἔπειτα μέν τοι καὶ διὰ παντὸς ἐφόρει, ἀλλὰ καθ' ὁδὸν αὐτῇ τε καὶ τῇ πήρᾳ, καθά φησιν Ὀλυμπιόδωρος ὁ Ἀθηναίων προστάτης, καὶ Πολύευκτος ὁ ῥήτωρ, καὶ Λυσανίας ὁ Αἰσχρίωνος. Cf. Ruhnk. p. LXXX-LXXXII.

(29) Cujus meminit Dem. De fals. leg. § 297, p. 436; in Leptin. § 137, p. 498.

(30) Ruhnk. p. LXXVIII-LXXIX. Hegesippi salse dicta refert Plutarch. Apophtheg. p. 225, ed. Didot.: Ἡγησίππου, τοῦ Κρωβύλου προσαγορευομένου, παροξύνοντος τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ Φίλιππον, ὑπεφώνησέ τις ἐκ τῆς ἐκκλησίας, Πόλεμον εἰσηγῇ; Ναὶ, μὰ Δία, εἶπε, καὶ μέλανα ἱμάτια, καὶ δημοσίας ἐκφορὰς, καὶ λόγους ἐπιταφίους, εἰ μέλλομεν ἐλεύθεροι βιώσεσθαι, καὶ μὴ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον Μακεδόσι. In Dem., XVII: ὅτε καί φησι Θεόφραστος, ἀξιούντων τῶν συμμάχων ὁρισθῆναι τὰς εἰσφορὰς, εἰπεῖν Κρωβύλον τὸν δημαγωγὸν, ὡς οὐ τεταγμένα σιτεῖται πόλεμος, ubi quasi legitimum teneri vides Κρωβύλου cognomen, huic ab Æschine inditum per ludibrium.

(31) Ruhnk. p. LXXIX. Mœroclem citat Aristot. Rhet. III, 10: καὶ Μοιροκλῆς οὐδὲν ἔφη πονηρότερος εἶναι, ὀνομάσας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν· ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπὶ τρίτων τόκων πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεκάτων. Quem locum insignite corrumpi ostendit Salmas., De modo usur. cap. 2, p. 41 sqq. ed. Elzeviriana. Non enim dicebant Attici τρίτον τόκον aut δέκατον, sed ἐπίτριτον et ἐπιδέκατον. Nullus igitur dubitat quin sit legendum: ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπιτρίτῳ τόκῳ πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπιδεκάτῳ. Mœrocles, quum

et Demochares (33); quibus sese velut grega-

de quodam cive loqueretur cui se comparabat, dicebat eum ἐπιτρίτῳ τόκῳ πονηρεύεσθαι, h. e., malum esse tertiam partem reddentibus usuris; se tantum decimam; significans illum in summo gradu esse improbum, se autem de minime malis unum videri debere.

Vitio ad hæc laborare Salmas. existimat Aristotelis verba: οὐδὲν ἔφη πονηρότερος εἶναι, — ὀνομάσας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν, ubi legendum ceuset, adjuncta negandi particula: τῶν οὐκ ἐπιεικῶν. Absurdum enim esset, si quem e civibus probum nominasset, ita se cum illo conferre, ut diceret eum quidem ad ἐπίτριτον usque fœnus, h. e., ad extremum nequitiæ fastigium esse improbum; quum ipse ἐπιδεκάτῳ fœnore tantum malus esset. Quum igitur aliquem e minime probis appellasset, non se improbiorem eo videri debere dixit, utpote qui improbissimus esset in ultimo gradu, ipse autem ad eum improbitatis excessum non pervenisset. Namque, h. l. de summe improbo viro dicitur *eum esse* ἐπιτρίτῳ *fœnore improbum*, quia inter usuras tunc temporis ἐπίτριτον fœnus summum tenebat locum; ut minima erat quæ dicebatur ἐπιδέκατος τόκος, i. e. *decimam partem reddens*; atque mediocriter improbus dicebatur πονηρεύεσθαι ἐπιδεκάτῳ τόκῳ.

(32) Hunc Colyttensem Aristophontem cum altero Azeniensi confudit Ulpianus, in Dem. De Cor. p. 530, quocum Cephalum contendisse uter ætatem egisset honestius, docet Ruhnk. p. XLI. Rem fuse narrant rhetores: Syrianus, Schol. in Hermogen. De Statibus: οὐ μόνον δὲ ἐκ λείποντος, (ibi et paulo post, Ald.: ἐκλείποντος) καὶ πεπραγμένου συνέστηκεν ὁ κατὰ ἀμφισβήτησιν ὅρος, ἀλλὰ καὶ ἐκ πεπραγμένου μόνον, ὡς ἐπὶ τοῦ Κεφάλου καὶ Ἀριστοφῶντος τῶν ἀμφισβητούντων τοῦ καλοῦ βίου· καὶ ἐκ λείποντος μόνον, ὡς ἐπὶ τοῦ γελῶντος καὶ κωλυομένου ἱερᾶσθαι· δοκεῖ δὲ καὶ τὸ κατὰ τὸν Κέφαλον ἐκ λείποντος εἶναι καὶ πεπραγμένου· λείποντος μὲν τοῦ κατὰ τὸν Κέφαλον μέρους τῷ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν, πεπραγμένου δὲ τοῦ κατὰ τὸν Ἀριστοφῶντα τῷ πολλὰς φυγεῖν γραφὰς καὶ μηδεμιᾶς ἁλῶναι· οἱ μὲν οὖν μελετῶντες ὡς ὅρον τὸ κατὰ τὸν Κέφαλον πρόβλημα τῷ ἑτέρῳ μέρει οὐ

rios addiderant Callisthenes (34), Democra-

προσάψουσιν ἐπαίνους· οἱ δὲ ὡς πραγματικὴν κατὰ ἀμφισβήτησιν ἐπαινέσουσι μὲν καὶ τὸν ἕτερον, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον συστήσουσιν. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 567-568. Cf. ibid. p. 721; Max. Planud. Schol. in Hermog. De Form. II, ibid. t. V, p. 523-524. Anonym. Schol. in Hermog. De Invent. IV: ὁ Κέφαλος καὶ Ἀριστοφῶν ῥήτορες· τούτων ἑκάτερος τὸ μὲν οἰκεῖον ἀπὸ τῶν ἐγκωμιαστικῶν ἐπαινεῖ τόπων· τὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ἀπὸ τοῦ ψόγου διαβάλλει· κρινόμενοι δηλόνοτι περὶ καλοῦ βίου γέρως, καὶ περὶ τούτου ἀμφισβητοῦντες ἀλλήλοις καὶ δοκιμαζόμενοι. L. I. tom. VII, p. 860.

Nunc venio ad locum Suidæ quem citat Ruhnk. p. XLI: Κέφαλος, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε· γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην. Quam lectionem non sanam ex Ms. Par., primum intulisse Kusterum monet Spengel. Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 105, diserteque tradit reliquos libros melius habere: γέγονε δὲ πρὸ τῆς ἀναρχίας οε'. Quod si vera esset prior lectio, prooemiorum et epilogorum tractatio non primis Rhetorices temporibus, sed quum multum esset et in foro et in schola versata, non aute triginta viros, erat reponenda. Ejusdem Suidæ in voc. ἅμα, αἰσθέσθαι, μοχθηρός, auctoritate fretus addit Spengel alia quibus elucet Kusteri lectionem falsam esse, atque Antiphontem oratorem, ante Anarchiæ tempus ad supplicium datum, prooemia et epilogos scripsisse. Hæc si probabilia habentur, ut ego censeo, scribendus Suidæ locus: γέγονε δὲ πρὸ τῆς ἀναρχίας οε', id quod fecit Westermann., Geschichte der Beredsamkeit in Griechenland und Rom., Tom. I, § 68, p. 141, not. 14.

(33) Ruhnk. ad P. Rutil. Lupum. p. 7-9, accuratissime versatur in illustranda Democharis historia. Orationum fragmenta habet P. Rut. Lup., p. 7 et 66. Historicus quoque insignis fuit; Cic. Brut. LXXXIII: « Demochares..... et « orationes scripsit aliquot; et earum rerum historiam, quæ « erant Athenis ipsius ætate gestæ, non tam historico, quam « oratorio genere perscripsit.» Fragmentum superest apud Athen.

tes (35), Ephialtes, Damon et Demon (36), Timar-

VI, p. 252, F, sqq.: Δημοχάρης γοῦν ὁ τοῦ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας, πρός τε τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν ἐκείνῳ βουλομένῳ, γράφει οὕτως. Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα γε παντελῶς αἰσχρὰ καὶ ταπεινά....... φησὶ γοῦν ὁ Δημοχάρης ἐν τῇ πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ γράφων, ἐπανελθόντα δὲ τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος καὶ Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας, οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο, οὐ μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οἰνοχοοῦντες, ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλο μετ' ὀρχήσεως τῆς ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ, καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι καὶ ἐπᾴδοντες, ὡς εἴη μόνος Θεὸς ἀληθινὸς, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσίν. Γεγονὼς δ' εἴη ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Ἀφροδίτης· τῷ δὲ κάλλει διάφορος, καὶ τῇ πρὸς πάντας φιλανθρωπίᾳ κοινός. Δεόμενοι δ' αὐτοῦ ἱκέτευον, φησὶ, καὶ προσηύχοντο.

(34) Unus ex iis quos sibi dedendos postulavit Alexander, Plutarch. in Dem. XXIII. Hunc maligno dente carpunt Antiphanes et Timocles, apud Athen. VIII, p. 338, F: Ἀντιφάνης δ' ἐν Ἁλιευομένῃ φιληδοῦντάς τινας καταλέγων ἰχθύσι φησί·

....
Ὑμᾶς δ' ἔταξα δεῦρο πρὸς τὰ δεξιά,
Τρίγλας ἔδεσμα τοῦ καλοῦ Καλλισθένους·
Κατεσθίει γοῦν ἐπὶ μιᾷ τὴν οὐσίαν.

Pag. 341, F: Καὶ Ὑπερίδης δὲ ὁ ῥήτωρ ὀψοφάγος ἦν, ὥς φησι Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς ἐν Δήλῳ, διηγούμενος τοὺς παρὰ Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας· γράφει δὲ οὕτως·

... .
Καὶ Μητροκλῆς εἴληφε χρυσίον πολύ.
Ἀνόητος ὁ διδοὺς, εὐτυχὴς δ' ὁ λαμβάνων.
Εἴληφε καὶ Δήμων τε καὶ Καλλισθένης.
Πένητες ἦσαν, ὥστε συγγνώμην ἔχω.

(35) Democratis mentionem facit Dem. De Cor. § 29, p. 235; § 187, pag. 291. Hujus dictum in Rhetores laudat Aristot. Rhet. III, 4: ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις, αἳ

chus(37) et Hegesander, Himeræus(38), Aristonicus, Clitomachus. Inde, oppositis sub signis, præeunte

τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι, τῷ σιάλῳ τὰ παιδία παραλείφουσι. Ad hæc, omisso Democratis nomine, adludit Sext. Emp. Adv. Mathem., II, p. 297, ed Fabr. : ὃν λόγον ἔχει φαρμακοπώλης πρὸς ἰατρὸν, τοῦτον ὁ δημαγωγὸς πρὸς τὸν πολιτικόν. Κακοδιδασκαλεῖ γὰρ τοὺς πολλοὺς τὰ κεχαρισμένα λέγων, καὶ διαβολαῖς αὐτοὺς ἐξαλλοτριοῖ πρὸς τοὺς ἀρίστους· λόγῳ μὲν γὰρ καὶ τῷ δοκεῖν, ὑπὲρ τοῦ κοινῇ συμφέροντος ὑπισχνεῖται πάντα ποιήσειν· ταῖς δ᾽ ἀληθείαις, ἀπ᾽ οὐδενὸς ὑγιοῦς τροφὴν πορίζεται· εἰκότως ταῖς τίτθαις, αἳ μικρὸν τοῦ ψωμίσματος τοῖς παιδίοις διδοῦσαι, τὸ ὅλον καταπίνουσι.

(36) De Ephialte et Damone pauca admodum reperi. Damonem sibi cum demagogis tradi postulavit Alexander; Plutarch. in Dem. XXIII, ubi narratur idem de Ephialte, quocum Hyperides Persicæ pecuniæ participasse visus est; Phot. Bibl. Cod. CCLXVI. Quod ad Demonem adtinet, Demostheni consobrinum, auctor fuit decreti quo summus ille orator revocatus est in patriam; Plutarch. ibid. XXVII : λέγεται δὲ, τὸν μὲν Πυθέαν εἰπεῖν, ὅτι, καθάπερ οἰκίαν, εἰς ἣν ὄνειον εἰσφέρεται γάλα, κακόν τι πάντως ἔχειν νομίζομεν, οὕτω καὶ πόλιν ἀνάγκη νοσεῖν, εἰς ἣν Ἀθηναίων πρεσβεία παραγίνεται· τὸν δὲ Δημοσθένη στρέψαι τὸ παράδειγμα, φήσαντα, καὶ τὸ γάλα τὸ ὄνειον ἐφ᾽ ὑγείᾳ, καὶ τοὺς Ἀθηναίους παραγίνεσθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν νοσούντων. Ἐφ᾽ οἷς ἡσθεὶς ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ψηφίζεται τῷ Δημοσθένει κάθοδον. Τὸ μὲν οὖν ψήφισμα Δήμων, ὁ Παιανιεὺς, ἀνεψιὸς ὢν Δημοσθένους, εἰσήνεγκεν. Eum non minus acerbe quam Callisthenem lacessivit Antiphanes. Cf. Athen. VIII, p. 341, F.

(37) De Timarcho, præter orationem Æschinis adversus eum, cf. Dem. de fals. Leg. § 286, p. 433.

(38) Demetrii Phalerei frater fuit; Athen. XII, p. 542, E : Καρύστιος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων, Δημήτριος, φησὶν, ὁ Φαληρεὺς, Ἱμεραίου τοῦ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντος ὑπ᾽ Ἀντιπάτρου, αὐτὸς μετὰ Νικάνορος διέτριβεν, αἰτίαν ἔχων ὡς τὰ ἐπιφάνεια (Dalecamp. legit ἐπιφόνια) τοῦ ἀδελφοῦ θύων. Κασάνδρῳ δὲ γενόμενος φίλος μέγα ἴσχυσε κτλ. Cum Hyperide et Aristonico

Æschine (39), militabant Eubulus (40), Philocra-

periit, Plutarch. in Dem. XXVIII : οὗτος οὖν ὁ Ἀρχίας Ὑπερίδην μὲν, τὸν ῥήτορα, καὶ Ἀριστονικὸν τὸν Μαραθώνιον, καὶ τὸν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀδελφὸν, Ἱμεραῖον, ἐν Αἰγίνῃ καταφυγόντας ἐπὶ τὸ Αἰάκειον, ἀποσπάσας ἔπεμψεν εἰς Κλεωνὰς πρὸς Ἀντίπατρον· κἀκεῖ διεφθάρησαν.

(39) De Æschine cf. Plutarch. X Orat. T. IX, p. 341-345, ed. Reisk.; Philostr. Vit. Soph. I, 18; Photius, Bibl. Cod. LXI et CCLXIV, Suid. voc. Αἰσχίνης. Westermann, l. l. p. 113-119.

(40) Ruhnk. p. LXV-LXVIII. Eubuli Anaphlystii intemperantia et luxus commemorantur apud Athen. IV, p. 166, D: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἀφ' ἧς τινὲς τὸ τελευταῖον μέρος χωρίσαντες ἐν ᾧ ἐστὶ τὰ περὶ τῶν Ἀθήνησι δημαγωγῶν, Εὔβουλόν φησι τὸν δημαγωγὸν ἄσωτον γενέσθαι. Τῇ λέξει δὲ ταύτῃ ἐχρήσατο· καὶ τοσοῦτον ἀσωτίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ διενήνοχε τοῦ δήμου τοῦ Ταραντίνων, ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἑστιάσεις εἶχε μόνον ἀκρατῶς, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν διατετέλεκε. cf. Casaub. Animadv., lib. IV, cap. XIX, p. 188. Adversus Charetem orationem habuit quam laudat Aristot. Rhet. I, 15 : περὶ δὲ μαρτύρων, μάρτυρές εἰσι διπλοῖ· οἱ μὲν παλαιοὶ, οἱ δὲ πρόσφατοι .... Πρόσφατοι δὲ, ὅσοι γνώριμοι κεκρίκασί τι· χρήσιμοι γὰρ αἱ τούτων κρίσεις τοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἀμφισβητοῦσιν, οἷον Εὔβουλος ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρήσατο κατὰ Χάρητος, ᾧ Πλάτων εἶπε πρὸς Ἀρχιβίον, ὅτι ἐπιδέδωκεν ἐν τῇ πόλει τὸ ὁμολογεῖν πονηροὺς εἶναι. Notat Ruhnk., p. LXVII, Victorium perperam intellexisse Platonem philosophum, quum de Comico agatur. Idem syllabam quæ abundet tollens cum Valckenaerio, e Platonis verbis eruit Senarii finem : ἐπιδέδωκε τῇ πόλει. Spengel., Συναγ. τεχνῶν p. 20, sibi non liquere fatetur, utrum poetæ verba Aristoteles servaverit, necne; censet autem non abundare syllabam ἐν; immo necessariam esse contendit, ut facile poetæ numeros sic restituas :

ἐπιδέδωκεν ὁμολογεῖν ἐν τῇ πόλει
Εἶναι πονηρούς . . . .

tes(41), Demades(42), Pytheas(43), Hegemon (44),

(41) De Philocrate legendi Dem. De fals. leg. passim; De Halones. § 23 sqq.; Æschines in Ctesiph. § 54. Marcellin. Schol. in Hermogen. De Statibus : Φιλοκράτης ἐκμισθώσας τὰς Ὀλυνθίας γυναῖκας καὶ ἀναγκάζων φέρειν ἑαυτῷ τὸν μισθὸν, δημοσίων ἀδικημάτων φεύγει. Rh. gr. Walz. Tom. IV, p. 164.

(42) Qui contendunt quosdam eloquentia valuisse, absque artis subsidio, ad hujus rei confirmationem afferunt Demadem. Sext. Empir. adv. Mathem. II, p. 291, ed. Fabr. : εἴπερ τε ἐνδέχεται γενέσθαι ῥήτορα μὴ μετασχόντα τῆς ῥητορικῆς τέχνης, οὐκ ἂν εἴη τις τέχνη ῥητορική. Ἐνδέχεται δέ γε ἱκανῶς καὶ κατὰ τρόπον ῥητορεύειν, μὴ μετασχόντα Ῥητορικῆς, ὡς καὶ περὶ Δημάδου παρειλήφαμεν· κωπηλάτης γὰρ ὢν, ὁμολογεῖται ἄριστος γεγονέναι ῥήτωρ, καὶ σὺν τούτῳ ἄλλοι παμπλήθεις. Idem tradit Syrian. Schol. in Hermogen. De Statibus : οἷον Δημάδου τοῦ ἀπὸ τῆς κώπης· ἀνίπτοις, τὸ τοῦ λόγου, χερσὶν ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσαντος, καὶ Ἡγήμονος καὶ Πυθέου καὶ Ἀριστογείτονος. Quæ paululum immutantur in Cod. Ven. : οἷος ἦν ὅ τε ἀπὸ τῆς κώπης ἀνίπτοις ποσὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐπὶ τὸ βῆμα πηδήσας Δημάδης, Ἡγήμων τε καὶ Πυθέας καὶ Ἀριστογείτων. Rh. gr. Walz. T. IV, p. 39-40. His opponendus Quinctil. II, 17 : «Quamquam .... Demadem neque non didicisse certum sit, et continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quantuscumque postea fuit, fecisse : nam id potentissimum discendi genus est; sed et præstantiorem, si didicisset, futurum fuisse dicere licet; neque enim orationes scribere est ausus, ut eum multum valuisse in dicendo sciamus.»

Facultatem e tempore dicendi a natura sortitus erat. Plutarch. in Dem. X : πλὴν τόν γε Δημάδην πάντες ὡμολόγουν τῇ φύσει χρώμενον ἀνίκητον εἶναι, καὶ παραφέρειν αὐτοσχεδιάζοντα τὰς τοῦ Δημοσθένους σκέψεις καὶ παρασκευάς. Nobilem dedignatus eloquentiam, artem adulandi præsertim exercuit. Cf. Anonym Epitom. Rhet. in Rh. gr. Walz. T. III, p. 610; Doxopat. Proleg. Rhet. ib. T. VI, p. 25; Max. Planud. Proleg. Rhet. ibid. V, p. 214. Demadem præter cæteros facetum judicat Cic. Orat.

Cephisophon (45), Phrynon (46), Agnonides (47).

XXVI. Salsa ejus verba C. Gracchus in oratione contra legem Aufeiam retulit, Aul. Gell. XI, 10 : « Uti in terra græcia, quo in « tempore tragœdus (subintell. Aristodemus) gloriæ sibi du« cebat talentum magnum ob unam fabulam datum esse ; homo « eloquentissimus civitatis suæ, Demades ei respondisse dicitur : « Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum acquisivisti ? Ego, « ut tacerem, decem talenta a rege accepi. » Alia dicta passim memorantur ejusdem δεινότητα testantia ; Demetrius, De Elocut. ed. Schneid., § 283 : οὐ τέθνηκεν Ἀλέξανδρος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὦζε γὰρ ἂν ἡ οἰκουμένη τοῦ νεκροῦ. § 284 : τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων. Ibid. : ἔοικε γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις, ἀπολωλεκυῖα τὸν Ἀλέξανδρον, τῷ Κύκλωπι τετυφλωμένῳ.

Addictus Philippo, in adulationem eo usque progressus est, ut de eo inter deos collocando decretum retulerit, Apsin. Ars Rhet., De Exordio, Rh. gr. Walz., T. IX, p. 470 : patriæ proditor, regis sub conspectum Athenas in mensa delineavit, Hermog. De Inv. I, 2, ibid. T. III, p. 74. Hæc infirmant quæ post Chæronensem pugnam respondisse eum tradit Sext. Empir. Adv. Mathem. I, p. 281, ed. Fabr. : καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ γραμματικὸς ὤν, πολλοῖς τῶν Ἀθηναίων μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ ἧτταν συναιχμαλωτισθείς, καὶ εἰπὼν πρὸς τὸν Φίλιππον ἀναγκάζοντα εὐωχεῖσθαι·

. . . . . . Τίς γάρ κεν ἀνὴρ ὃς ἐναίσιμος εἴη,
Πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι;

Hom. Odyss. X, v. 383, ex quo Fabric. posuit ἐναίσιμος pro αἰνέσιμος, quod in editis erat. Idem scribit πρὶν λῦσαι θ' ἑτάρους. Wolfianam lectionem secutus sum.

Prodigus et in solutiorem effusus libidinem, in tantum contemptum venit, ut ipsi Antipatro fuerit despicatissimus. Plutarch. in Phoc. I : Δημάδης ... οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος, ὥστ' Ἀντίπατρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ γέροντος ἤδη γεγονότος, ὅτι, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου, γλῶσσα καὶ κοιλία μόνον

Stratocles(48). Hinc et inde, solo amore lucri, mala e malis serebant, genus hominum publico exitio

ἀπολέλειπται. Cf. Apophth. p. 219, ed. Didot. Demadis fœdam vitæ rationem expressit Pytheas apud Athen. II, p. 44, E-F. Demosthenis et eorum qui cum eo stabant damnandorum suasor exstitit, Plut. in Dem. XXVIII. Statuam æneam ei fuisse decretam vidimus in Polyeucto. Non ita multo post meritas avaritiæ, proditionis et perfidiæ pœnas dedit; Arrian. apud Phot. Bibl. Cod. XCII : Δημάδης, οὐ πολλῷ ὕστερον εἰς Μακεδονίαν ἀχθείς, ὑπὸ Κασάνδρου ἐσφάγη, τοῦ παιδὸς ἐν τοῖς κόλποις προαποσφαγέντος. Cf. Ruhnk. p. LXXI-LXXIV; J. G. Hauptmann. Disp. in Reisk. Orr. T. IV; Taylor. Proleg. ad Demad. ibid. T. VIII.

(43) Cf. Ruhnk. in Rutil. Lupum, XI, p. 40-41.

(44) Cf. Eumdem, Hist. crit. p. LXXVI-LXXVII.

(45) Cum Philocrate fuit amicitia junctus; Dem. De Cor. § 21, p. 232, et Æschin. Adv. Ctesiph. § 55, p. 264.

(46) Ad Philippum cum Æschine de pace facienda missus est; Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus : λέγουσι δὲ καὶ ἄλλο εἶδος ἀντιλήψεως, ὃ καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, οἷον ἐπρέσβευε Φρύνων περὶ τῆς εἰρήνης πρὸς Φίλιππον, καὶ ἐσπείσατο, τὸν παῖδα ὡραῖον ὄντα ἐκεῖ καταλιπών· ἐγράψατο αὐτὸν προαγωγείας ὁ Δημοσθένης ἐπανελθόντα· ἔλυσε τὴν εἰρήνην Φίλιππος, καὶ κρίνεται δημοσίων ὁ Δημοσθένης, Rh. gr. Walz. T. IV, p. 588. Quam despectus fuerit testatur Syrian. Schol. ibid. p. 90 : εἰ μὲν οὖν ἔνδοξα εἴη τὰ κύρια πρόσωπα, συστατικῶς χρησόμεθα τῇ περὶ αὐτῶν ὕλῃ· εἰ δὲ ἄδοξα, οἷον Φιλοκράτης, ἢ Φρύνων, ἢ Ἀριστογείτων, ἐκ τῶν ἐναντίων διαβαλοῦμεν (cod. Ven. δῆλον ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων διαβαλοῦμεν, quod præferendum videtur) ἐπιχειρημάτων. Idem tradit Marcellin. ibid. p. 93 : εἰ γοῦν κατηγοροίης Φιλοκράτους ἢ Φρύνωνος, ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις κεκωμῳδημένων, πολλῶν ἀφορμῶν εἰς κατηγορίαν εὐπορίαν εὑρήσεις.

(47) Sycophanticæ studuit, Plutarch. in Phoc. XXIX. Phocionis, a quo beneficium acceperat, condemnandi auctor fuit; quum vero plebs, furore obcæcata, efflagitaret ut quæ-

repertum, sycophantæ : Androtion (49), Aristogi-

stioni Phocion daretur, ὁ δ' Ἀγνωνίδης τὸ πρᾶγμα βαρβαρικὸν εἶναι καὶ μιαρὸν ἡγούμενος· ὅταν, ἔφη, Καλλιμέδοντα τὸν μαστιγίαν λάβωμεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λαβόντες στρεβλώσομεν· περὶ δὲ Φωκίωνος οὐδὲν ἐγὼ γράφω τοιοῦτον, ibid. XXXV. Mox Athenienses eidem viro quem ad supplicium abripi jusserant æneam statuam posuerunt, necisque auctorem merita nece mulctarunt, ibid. XXXVIII : τῶν δὲ κατηγόρων Ἀγνωνίδην μὲν αὐτοὶ θάνατον καταχειροτονήσαντες ἀπέκτειναν. Cf. Ruhnk. p. LXXXIX-XC.

(48) Cf. Ruhnk. in Rutil. Lup. p. 32-34.

(49) Orationem suam in Androtionem summa cura elaboravit Demosthenes, quippe quem non fugeret sibi certandum esse cum Isocratis discipulo. Hac de re Ruhnk. p. LXXIV citat Scholiast. in Hermog. p. 401 : ἐπετήδευσεν—κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου. Addam Scholiast. illum esse Max. Planud. (Cf. Walz. Rh. gr. T. V, p. 212) in Hermogen. De Formis, I, ibid. p. 513-514 ; Ἰσοκράτους μαθητὴν εἶναι λέγουσιν Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν, ὥς φησιν ὁ ῥήτωρ (Demosth. contra Androt.) τεχνίτης τοῦ λέγειν· ἐπετήδευσεν οὖν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι (sic Cod. Par. 2916; ποιῆσαι exhibet Cod. Par. 2977 ; ἐρήσεσθαι Cod. Mon.) τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἰσοκρατικὸν (Ald. Par. Ἰσοκράτην, perperam) ῥήτορα παρίσοις χρώμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου.

Nonnulla lectu digna tradit Joann. Siceliot. Schol. in Hermogen. De Formis, I : ὁ Ἀνδροτίων Ἰσοκρατικὸς ἦν ῥήτωρ, καὶ οἱ πλείους τῶν δικαστῶν· ἑκατὸν γὰρ ἔτη διδάξας Ἰσοκράτης σχεδὸν τῶν πολιτῶν πάντων διδάσκαλος ἦν, καὶ τῶν ὑπὲρ τούτους. Δείκνυσιν οὖν ὁ ῥήτωρ διὰ τῆς τῶν ἰσοτήτων εἰσβολῆς τοῖς Ἰσοκρατικοῖς, ὡς οὐ δυσχερὲς τὰ τοιαῦτα καλλύνειν, εἴ τις βούλοιτο δηλοῦν· παιδικὸν δὲ μᾶλλον τὸ πρᾶγμα καὶ οὐ σπουδῆς ἄξιον· διὸ καὶ παραδείξας αὐτὸ, ὡς ἔστι ῥᾴδιον, εὐθὺς ἀπέστη καταγέλαστον ἀποφήνας τὸν περὶ ταῦτα σπουδάζοντα. Δεύτερον ὁ Δημοσθένης μέν ἐστιν ὁ τοῦ λόγου πατὴρ, Διόδωρος δὲ ὁ χρώμενος ἰδιώτης ἀνήρ· μέθοδος δὲ τῷ ποιητῇ τοῦ λόγου ἡττᾶσθαι διὰ ἰδιώτου τὸν Ἀνδροτίωνα ῥήτορα ὄντα ἐκ τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ προσποιητοῦ

ton (50), Cydias (51), Æsion (52), Philinus (53),

κάλλους· εὐκαταφρονητότερον γὰρ τὸ καὶ ὑπὸ ἰδιώτου δυνάμενον κατορθοῦσθαι· τρίτον, μιμηλὸν πρᾶγμα ἡ ῥητορική· καὶ πᾶν ὑποκρίνεται τὸ ὑποπίπτον αὐτῇ μέχρι τοῦ εἰκότος· οἶδε γάρ, ὅτι τὸ ὑπὲρ τοῦτο χαμαίζηλον καὶ ψυχρόν· διὸ μιμεῖται μὲν τὸν Ἰσοκράτην ῥήτορα, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι δοκεῖ τὸν Ἀνδροτίωνα κατὰ τὴν ἀρχήν, ἡνίκα προσακτικώτερα τὰ τῶν ἀκροατῶν περὶ τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου· ἀφίσταται δὲ ἡνίκα περὶ τῶν ἐγκαλουμένων ποιοῦνται τὴν προσοχὴν κτλ. L. l., t. VI, p. 329-330. Cf. Anonym. Schol. in Hermogen. De Formis, I, ibid. t. VII, p. 1038-1039.

Hæc prima fuit judicialis generis oratio quam Demosthenes scripserit, Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων, Dionys. Halic. I Epist. ad Ammæum, § IV. Erat septem et viginti annos natus, Aul. Gell. XV, 28 : « illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero, pari ætate, illustrissimas orationes in causis dixerint, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους, septem et viginti annos natus; alter anno minor pro P. Quintio, septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio. ».

Mordacem fuisse Androtionem arguit fragmentum quod laudat Aristot. Rhet. III, 4 : εἰσὶ δ' εἰκόνες, οἷον ἣν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν κυνιδίοις. Ἐκεῖνά τε γὰρ προσπίπτοντα δάκνει, καὶ Ἰδριέα λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν εἶναι χαλεπόν.

(50) Sycophanticæ curam dedisse Aristogitonem docent prolegom. Hermogen. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 14-15. Cf. Anonym. Epitom. Rhetor. ibid. t. III, p. 610. Accusavit Æschinem et Timarchum (Syrian. Schol. in Hermogen., De Statibus, ibid. t. IV, p. 708); Demosthenem (Marcellin. Schol. ibid. p. 472); Hyperidem (Anonym. Schol. in Hermogen. De Inv. III, 10, ibid. t. VII, p. 781.). Fragmenta orationis in Hyperidem suppeditat Gregor. Corinth., Schol. in Hermogen., De Methodo, ibid. t. VII, p. 1272 : ἀλλὰ καὶ Ἀριστογείτων ἐν τῷ κατὰ Ὑπερίδου λόγῳ οὕτω φησί· περὶ μὲν οὖν τοῦ παρανόμου ἱκανὰ καὶ τὰ εἰρημένα ἐν τῷ παρόντι· ἂν μή τι ὕστε-

ρον ἀναμνησθῶ, εἶτα μετ' ὀλίγα, ὥσπερ ἀναμνησθεὶς πάλιν φησίν· οἱ γὰρ ἐπιβουλεύοντες τῇ δημοκρατίᾳ, ἡσυχίας μὲν οὔσης κατὰ τὴν πόλιν καὶ τοῦ δήμου ἀθορύβως καὶ ἀσφαλῶς πολιτευομένου, ἀναγκάζονται μηδὲν παρακινεῖν, ἀλλ' ἐπακολουθεῖν τοῖς νόμοις, καὶ τὰ λοιπά. Idem, ibid. p. 1204 : κατὰ δὲ αἰτιολογίαν, ὡς ὁ Ἀριστογείτων πρὸς τὸν Ὑπερίδην· ἐκείνου γὰρ ἐρωτήσαντος εἰ ἔγραψε τοὺς δούλους ἐλευθέρους εἶναι, αὐτὸς ἀποκρίνεται, ἵνα μὴ ἡμεῖς δουλεύσωμεν.

Aristogitonis genus dicendi frigidum et inane fuit; Hermog., De Formis, II, Rh. gr. Walz. t. III, p. 363 : καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸ τῶν ἀποδείξεων λοιδορίαις ἢ σφοδρότησιν εἰκῇ κεχρῆσθαι (Cod. Mon. Vind. χρῆσθαι), ἢ ἔνθα ὅλως μηδενὸς τοιούτου δεῖ, καθάπερ εἴωθεν Ἀριστογείτων ποιεῖν, φαινομένη τίς ἐστιν, οὐ μὴν οὖσα δεινότης· ὑπόκενον γὰρ καὶ ψυχρὸν μᾶλλον τὸ τοιοῦτον. Idem, De Formis, I, ibid. p. 235-236 : παραδείγματα δὲ τῆς ἀπαραμυθήτου τραχύτητος παρὰ μὲν τῷ Ῥήτορι καὶ πάνυ, ὡς ἔφην, ἐστὶ σπάνια (Cod. Vind. ἐστὶν, ὡς ἔφην, σπάνια. Mon. : ἐστὶν, ὅπερ ἔφην, σπάνια)· ὁ δὲ Ἀριστογείτων σοι ἄφθονα παρέξεται, νὴ Δία, εἰ βούλοιο καὶ παρ' ἐκείνου λαβεῖν παραδείγματα. Quæ confirmat Anonymus, orationem Aristogitonis adversus Demosthenem citans, Schol. in Hermog. De Formis I, ibid. t. VII, p. 1021 : καὶ ἀκόσμητον μὲν λόγον καλεῖ τὸν τραχύτητος μόνης ἀνάπλεων, οἷα δὴ πολλὰ παρὰ τῷ Ἀριστογείτονί ἐστιν ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους, ἅμα δὲ πιθανότητι προϊόντα τὸν ἠθικόν τε καὶ ἀληθινόν. Conviciis in eum Phocion non abstinuit, Plutarch. in Phoc. X : Ἀριστογείτονος δὲ τοῦ συκοφάντου, πολεμικοῦ μὲν ὄντος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ παροξύνοντος (in Phot. Bibl. Cod. CCXLV, ad margin. παροξύναντος) ἐπὶ τὰς πράξεις τὸν δῆμον, ἐν δὲ τῷ καταλόγῳ προσελθόντος ἐπὶ βακτηρίᾳ τὼ σκέλη καταδεδεμένου, πόρρωθεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος ἰδὼν ὁ Φωκίων, ἀνέκραγε· γράφε καὶ Ἀριστογείτονα χωλὸν καὶ πονηρόν. Eumdem lacessit Apsines, Ars Rhet. De exordio : ἔγραψεν ὁ Ἀριστογείτων μισθοῦ μυεῖν, καὶ κρίνεται. Ἁρμόσει γὰρ εἰσβαλεῖν οὕτως· Ἀριστογείτονι τούτῳ οὐκ ἤρκει τὰ ἄλλα σύμπαντα, οὐ νόμων καταλύσεις, ὑφ' ὧν ἀπείργεται τῆς πολιτείας, οὐ κλοπαὶ δημόσιαι, οὐ τὰ ὀφλήματα, οὐ τὴν αἰτίαν παρασχεῖν αὐτὸν καὶ τῆς

Leosthenes, Charisius (57), Euthias (58), Lacri-

ἀπορίας, ἀλλ' ἔτι καὶ τοῖσδε ἐπετόλμησεν. Rh. gr. Walz. t. IX, p. 497. Cf. Ruhnk. p. LXXVI.

(51) Ruhnk. Hist. crit. p. LXXIV.

(52) Condiscipulus fuit Demosthenis quem semper in maxima admiratione habuit, teste Hermippo apud Plutarch. in Dem. XI. Hujus dictum de Atheniensibus laudat Aristot. Rhet. III, 10: Αἰσίων δὲ, ὅτι εἰς Σικελίαν τὴν πόλιν ἐξέχεαν. Quod esse verum constat, quum loqueretur de sicula expeditione; Isocrat., De pace, XX, ed. Coray... ἐν Σικελίᾳ δὲ (subint. ἀπώλεσαν) τέτταρας μυριάδας, καὶ τριήρεις τετταράκοντα καὶ διακοσίας. Cf. Ruhnk. p. LXXV.

(53) Philini orationum quas memorat Harpocration tertia est: Κροκωνιδῶν διαδικασία πρὸς Κοιρωνίδας. Hac de re Ruhnk. p. LXXV citat Lex. Rhet. ms.: Κορωνιάδαι· γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κάνωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κόρωνος. Καὶ Κορωνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν· ἀμφότεροι δ' ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου. Quæ verba sic corrigit ex Harpocrat.: Κοιρωνίδαι· γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος· καὶ Κροκωνίδαι, κτλ. Apud Bekker. Anecd. I, p. 273: Κοιρωνίδαι· γένος Ἀθήνησιν, ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος· καὶ Κροκωνίδαι γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν· ἀμφότεροι δὲ ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου. Hinc sanandus Suidas apud quem legitur Κυρωνίδαι, et Athen. X, p. 425, B: οἱ δὲ οἰνόπται οὗτοι ἐφεώρων τὰ ἐν τοῖς δείπνοις, εἰ κατ' ἴσον πίνουσιν οἱ συνόντες. Καὶ ἦν ἡ ἀρχὴ εὐτελὴς, ὡς ὁ ῥήτωρ φησὶ Φιλῖνος ἐν τῇ Κροκανιδῶν διαδικασίᾳ, κτλ.

Nonnulla furtim a Demosthene Philinum mutuatum fuisse narrat grammaticus quidam apud Clement. Alexandr. Strom. VI, p. 626, ed. Paris.: πάλιν Δημοσθένους εἰπόντος· « ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σπουδὴ περὶ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγελία γέγονε, σχεδὸν οἶμαι πάντας ὑμᾶς ᾐσθῆσθαι· » Φιλῖνός τε ὁμοίως· « ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, σπουδὴ καὶ παράταξις γεγένηται περὶ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ, οὐθ' ἕνα ὑμῶν ἀγνοεῖν ἡγοῦμαι. Cf. Ruhnk. p. LXXV-LXXVI.

(54) Menesæchmi genus dicendi erat diffusum et frigidum,

tus (59). Factionum concertationes latissimum eloquentiæ dabant campum, in quo omnis vir-

Dionys. Halic. in Dinarch. XI : Ἑρμείᾳ (ex Sylburg. et H. Vales. in Harpocr., pro vulgata lectione ΕΙΜΙΑ) ἐμπορίου ἐπιμελέτῃ, περὶ τῶν κατηγορηθέντων ἀπολογία· « Δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες. » Ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος εὕροι τις ἂν οὐκ ὄντα τὸν λόγον Δεινάρχου· ὑδαρής τε γὰρ, καὶ ἀσθενὴς, καὶ ψυχρός ἐστιν· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸν ἄν τις θείη Δημοκλείδου, ἢ Μενεσαίχμου, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τινός. Ἀφαιροῦμαι δὲ καὶ τοὺς περὶ Μενεσαίχμου λόγους ἀμφοτέρους αὐτοῦ, ubi merito censet Ruhnk. legendum ὑπὲρ Μενεσαίχμου, ut sit *adversus* Menesæchmum, non *pro* Menesæchmo; quum a Suida v. πραγματεία laudetur Dinarchi oratio *contra* Menesæchmum. Cf. Ruhnk. p. LXXVII-LXXVIII.

(55) Ruhnk. Hist. crit. p. XCI-XCII et in Rutil. Lup. p. 8.

(56) Idem, Hist. crit. p. XC-XCI.

(57) Grammaticum veterem Bibl. Coisl. p. 489 citat Ruhnk. Hist. crit., p. XCII, in quo legitur Χάρις. Bekker reponit Χάρης, Anecd. I, p. 191 : Ὀργεῶνές εἰσιν οἱ κοινωνοῦντες ἀλλήλοις Θεῶν ἢ ἡρώων ἐν ἱεροῖς, καὶ κοινῇ θυηπολοῦντες, ὡς Χάρης λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου, κτλ. Idem in indice, p. 1440 : « Chares— quem Charisium esse in Cod. Marc. 433 testatur Morellius Bibl. Ms. I, p. 304. » Cf. Ruhnk. in Rutil. Lup. p. 37.

(58) Phrynes accusator fuit, Athen. XIII, p. 590, D-E : ἦν δὲ ἡ Φρύνη ἐκ Θεσπιῶν· κρινομένη δὲ ὑπὸ Εὐθίου τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπέφυγε. Διόπερ ὀργισθεὶς ὁ Εὐθίας οὐκ ἔτι εἶπεν ἄλλην δίκην, ὥς φησιν Ἕρμιππος· ὁ δὲ Ὑπερίδης συναγορεύων τῇ Φρύνῃ ὡς οὐδὲν ἤνυε λέγων, ἐπίδοξοί τε ἦσαν οἱ δικασταὶ καταψηφισόμενοι, παραγαγὼν αὐτὴν εἰς τοὐμφανὲς, καὶ περιῤῥήξας τοὺς χιτωνίσκους γυμνά τε τὰ στερνὰ ποιήσας, τοὺς ἐπιλογικοὺς οἴκτους ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἐπεῤῥητόρευσε, δεισιδαιμονῆσαί τε ἐποίησεν τοὺς δικαστὰς τὴν ὑποφῆτιν καὶ ζάκορον Ἀφροδίτης ἐλέῳ χρησαμένους μὴ ἀποκτεῖναι.

(59) Hunc totum cognoscere possumus ex oratione Demosthenis adversus eum. Lacritum inter Isocratis discipulos inscribit Photius, Bibl. Cod. CCLX. Ipse magister fuit Archiæ quem Antipater misit ad comprehendendum Demo-

tus ejus cognosci posset : hæc fuit quasi quædam Eloquentiæ robusta maturitas.

Mortuo Alexandro, victisque apud Cranonem Atheniensibus, Antipater ne inanissimam quidem libertatis speciem superesse passus est. Subinde invalescere cœperunt quædam remissiora dicendi genera (60). Exstincta enim libertate, elanguit eloquentia; nisi quod per Asiam, apud Rhodios atque aliarum insularum cives, movit lacertos; adeo ut senectus ejus, novo sub cœlo, visa sit revirescere. Hinc ætas oratorum Asianorum et Rhodiorum ; qui tamen declamatores potius quam oratores dicendi sunt.

Rerum potitus Antipater judicia oratorumque certamina sustulit (61), ipsosque oratores Athenis et in reliqua Græcia necari jussit (62). Veri tamen simile videtur in comitiali conventu, sive Thermi (63) apud Ætolos, sive

sthenem ; Plut. in Dem. XXVIII : Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθητὴν ἀναγράφει.

(60) Cic. De Orat. II, § 23.

(61) Suidas, v. Δημάδης. (Ἀντίπατρος) κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας.

(62) Incertus est numerus interfectorum oratorum. Legitur enim in prolegom. Hermogen. De Statibus : τῶν δὲ Μακεδονικῶν πραγμάτων κατισχυσάντων , Ἀντίπατρος ἐννενήκοντα ὀκτὼ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς ἀνεῖλε ῥήτορας , καὶ χιλίους ὀκτακοσίους ἀπὸ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος. Rh. gr. Walz., t. VII, p. 6. Sopater , Schol. in Hermogen. Rhetor. : ἤκμασε δὲ καθ' ὑπερβολὴν ἐν τῇ δημαγωγίᾳ κατὰ τὸν Δημοσθένους καιρὸν ἡ ῥητορική· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς Ἀντιπάτρου βασιλείας, ἡνίκα Ὑπερίδης μὲν ἐγλωσσοτομήθη , Δημοσθένης δὲ ἀπέθανεν· ἐννενήκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ λέ-

Ægii et Sicyone (64) apud Achæos, politicam eloquentiam multum valuisse; sed, quum interciderint orationes quas dictas fuisse constat in horum populorum conciliis (65), vel a legatis quos aliæ ad alias civitates Romamque mitte-

γονται ἐκδοθῆναι ἐξ Ἀθηνῶν ῥήτορες· πάμπολλοι δὲ ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος. Ibid. t. V, p. 8. Apud utrumque exaggeratus videtur numerus. Longe aliter Auctor Schol. in Aphthon., ibid. t. II, p. 683: καὶ ἐπίσημον τὸ τῆς ῥητορικῆς ὄνομα ἐποίησαν ἐν τῇ Ἑλλάδι, ὅτι μετὰ τὰ Μακεδονικὰ ἐσβέσθη τὸ τῶν ῥητόρων ὄνομα, καὶ φευκτὸν καὶ βαρὺ καὶ ὁλοκίνδυνον ἐδόκει. Ἀντίπατρος δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ῥήτορας ἀπέκτεινε δύο, καὶ ἑκατὸν ἐκ πάσης τῆς Ἑλλάδος. Apud Spengel, l. l. p. 226, pro *duo* reperias *quadraginta*, quamquam eodem schol. nititur: Ἀντίπατρος δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ἀπέκτεινε μ̄. Neque meliori conditione usa est philosophia, cui Sophocles decreto silentium indixit, Diogen. Laert. V, 38: Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, Μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. Cf. Pollux, IX, 42.

(63) De Thermico conventu, vide Polyb. V, 8; XVIII, 31; XXVIII, 4, ed. Didot.

(64) Polyb. IV, 7. Idem, V, 1: ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος, ἐνδεὴς ὢν σίτου καὶ χρημάτων εἰς τὰς δυνάμεις, συνῆγε τοὺς Ἀχαιοὺς διὰ τῶν ἀρχόντων εἰς ἐκκλησίαν. Ἀθροισθέντος δὲ τοῦ πλήθους εἰς Αἴγιον κατὰ τοὺς νόμους, ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ Ἄρατον ἐθελοκακοῦντας, διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας γεγενημένην εἰς αὐτοὺς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακοπραγμοσύνην· τὸν δ' Ἐπήρατον ἄπρακτον ὄντα τῇ φύσει, καὶ καταγινωσκόμενον ὑπὸ πάντων.... Πείσας οὖν τοὺς ἄρχοντας μεταγαγεῖν τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα...παρεκάλει μένειν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως.

(65) 1° Thermi; Polyb., XVIII, 31: Τοῦ δὲ βασιλέως συγκαταθεμένου τοῖς ὑποδεικνυμένοις, εὐθέως ἀπ' ἐκείνου χωρισθέντες, ἧκον ἐπὶ τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον· καὶ παρελθόντες εἰς τὰ πλήθη, παρεκάλουν τοὺς Αἰτωλοὺς διὰ πλειόνων, μεῖναι ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως, καὶ διαφυλάττειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν, κτλ. Idem,

bant (66); qualis illa fuerit eloquentia definire in promptu non est. Quæ enim Arati (67), Philopœmenis (68), Lycortæ (69), Aristæni (70), Chlæneæ (71), Lycisci (72) etc. orationes apud histori-

Reliquiæ lib. XXVIII, 4: καὶ πάλιν ἐκεῖ συναχθείσης αὐτοῖς τῆς ἐκκλησίας εἰς Θέρμον, παρελθόντες εἰς τοὺς πολλοὺς παρακλητικοὺς καὶ φιλανθρώπους διετίθεντο λόγους, κτλ.

2° Ægii; Polyb., IV, 26: οἱ δ' Ἀχαιοὶ, συνελθόντες εἰς τὴν καθήκουσαν σύνοδον, τό τε δόγμα πάντες ἐπεκύρωσαν, καὶ τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτολῶν. Προσελθόντος δὲ καὶ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν βουλὴν ἐν Αἰγίῳ, καὶ διαλεχθέντος διὰ πλειόνων, τὰ ῥηθέντα μετ' εὐνοίας ἀπεδέξαντο, κτλ. Ibid. 82: Δι' ἃ δὴ καὶ πείθει Φίλιππον, παραγενέσθαι πρὸς τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἀρχαιρεσίας εἰς Αἴγιον.... Πεισθέντος δ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως, παρὼν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, οἷς δ' ἀνατεινόμενος, μόλις μὲν ἤνυσε, κατεκράτησε δ' οὖν ὅμως τοῦ γενέσθαι στρατηγὸν Ἐπήρατον Φαραιέα· τὸν δὲ Τιμόξενον ἐκπεσεῖν, τὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἄρατον εἰσαγόμενον. Cf. XVI, 27; Reliq. lib. XXVIII, 3.

(66) Polyb. Reliq. lib. XX, 9; XXII, 1; præsertim XXIV, 1: Κατὰ τὴν θ' καὶ μ' Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ρ', εἰς τὴν Ῥώμην ἠθροίσθησαν πρεσβειῶν πλῆθος ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, ὅσον οὐ ταχέως πρότερον. Cf. sqq.

(67) Polyb. IV, 8: Ἄρατος γὰρ ἦν τὰ μὲν ἄλλα τέλειος ἀνὴρ εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον. Καὶ γὰρ εἰπεῖν καὶ διανοηθῆναι καὶ στέξαι τὸ κριθὲν δυνατός. Idem, ibid. 14: οὐ μὴν ἀλλ' ἅμα τῷ προελθόντα τὸν Ἄρατον ἀναμνῆσαι μὲν τῶν προπεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων πρότερον αὐτῷ, φέρειν δ' ἀπολογισμοὺς περὶ τῶν ἐγκαλουμένων, ὡς οὐ γέγονεν αἴτιος τῶν συμβεβηκότων, αἰτεῖσθαι δὲ συγγνώμην, εἰ καί τι παρεώρακε κατὰ τὸν γενόμενον κίνδυνον, οἴεσθαι δὲ δεῖν καὶ καθόλου σκοπεῖσθαι τὰ πράγματα μὴ πικρῶς, ἀλλ' ἀνθρωπίνως. Cf. V, 16; Plutarch. in Arat. L.

(68) Tit. Liv. XXXV, 37: « Philopœmen, audita cæde tyranni, profectus Lacedæmonem, quum omnia turbata metu invenisset; evocatis principibus, et oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat, societati Achæorum Lacedæ-

carum rerum scriptores memorantur; eæ, quamvis personis rebusque apprime accommodentur, scribentis, nequaquam autem dicentis testificantur facundiam.

Dinarchus, qui vicesimo quinto vel sexto ætatis anno, Demosthene florente, scribere incepit (73), nihil proprium habuit; quippe qui Lysiam, Hyperidem, aliosque studuerit imitari (74). Demosthenem in primis sectatus, ad hujus perfectissimam eloquentiam propius accessit quam cæteri; adeo tamen principi Græciæ oratorum dissimilis fuit, ut *agrestis Demosthenes* diceretur (75). Demetrius Phalereus, ultimus fere ex Atticis qui dici possit orator (76), inclinavit eloquentiam quæ, e Piræo vix evecta, omnes

monios adjunxit. » Idem Achæos ad armorum cultum impulit, Polyb. XI, 9; Megalopolitenses allocutus est, Plutarch. Philopœmen. V; una cum Lycorta orationem habuit, Polyb. Reliq. lib. XXIII, 10.

(69) Vide apud Tit. Liv. XXXIX, 36, orationem qua Lycortas respondit Appio. Vide verba quibus Achæis suasit, ut Spartam in fœdus reciperent, apud Polyb. Reliq. lib. XXV, 1; orationem cum Philopœmene habuit, ibid. lib. XXIII, 10.

(70) Cf. orationes quibus Aristænus hortatus est 1° Achæos, ut cum Romanis societatem amicitiamque facerent, Tit. Liv. XXXII, 19-21; 2° Romanos, ut a Nabide recuperarent Argos et Græciæ res constituerent, ibid. XXXIV, 24.

(71) Polyb. Reliq. lib. IX, 28-31.

(72) Idem, ibid. 32-39.

(73) Dionys. Halic. in Dinarch. IV.

(74) Idem, ibid. V.

(75) Dionys. Halic. ibid. VIII : μάλιστα δ' αὐτοῦ λείπεται τῇ συμμετρίᾳ καὶ τῷ καιρῷ πρέποντι....Δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ

peragravit insulas atque tota Asia peregrinata est (77). Æschines, Athenis egressus, propter ignominiam judicii, Rhodum se contulit, ubi dicendi ludum aperuit; dum Hegesias Magnes atticæ eloquentiæ integritatem corrumpebat (78). Tunc exstiterunt *Asiani*, inflati et inanes, quibus judicium maxime ac modus defuit (79); *Rhodii*, neque attice pressi, neque asiane abundantes; ut tamquam medii essent, atque ex utrisque mixti (80). Per hæc tempora, apud Rhodios orator fere nullus inclaruit (81); apud Asianos contra, præter Hegesiam, occurrunt Cleochares, Daphnis, Myron, Sosicrates (82). Romam interea missi academicus Carneades, stoicus Diogenes Babylonius, peripateticusque Critolaus, eo Athenarum studia intulerunt (83). Quorum adventu, præsertimque divina quadam in Carneade dicendi copia, su-

ἄγροικόν τινες Δημοσθένην ἔφασαν εἶναι, κατὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς οἰκονομίας· ταύτην περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν λαβόντες.

(76) Quinctil. X, 1.

(77) Cic. Brut. XIII.

(78) Strab. XIV: Ἡγησίας τε ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου στύλου, παραφθείρας τὸ καθεστηκὸς ἔθος τὸ Ἀττικόν, p. 446, ed. Casaub. 1587.

(79) Quinctil. XII, 10.

(80) Idem, ibid.

(81) Cf. Westermann, l. l., t. I, p. 165.

(82) Vide Ruhnk. Hist. crit., p. XCIII et ad Rutil. Lup., p. 5, 30, 52; ubi fragmenta reperias, pauciora tamen quam ut illorum oratorum dicendi rationem judicemus. Quod ad Hegesiam adtinet legendus Ruhnk. ibid. p. 25, sqq.

(83) Aul. Gell. VII, 14: « Animadversa eadem tripertita va-

bito facta est apud Romanos mutatio morum.

Deleta Corintho, totaque Græcia in romanæ provinciæ formam redacta (84), libertatem legesque incolumes Athenienses retinuerunt (85). Mithridatici tamen belli tempore, a Romanis primi inter Græcos desciverunt, imperabantque in urbe Aristio (86), in Piræo Archelaus (87); quum Sylla portum obsidione cinxit, Athenasque fame pres-

rietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum populumque romanum legaverant impetratum, uti multam remitterent quam fecerant propter Oropi vastationem: ea multa fuerat talentum fere quingentum. Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes stoicus, Critolaus peripateticus; et in senatum quidem introducti, interprete usi sunt C. Acilio senatore; sed ante ipsi seorsum quoque quisque ostentandi gratia, magno conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse aiunt Rutilius et Polybius philosophorum trium sui cujusque generis facundiam. Violenta, inquiunt, et rapida Carneades dicebat; scita et teretia Critolaus; modesta Diogenes et sobria. »

(84) Cf. Ahrens, *de Athenarum statu politico et litterario, inde ab Achaici fœderis interitu usque ad Antoninorum tempora*; Procemium, § 1-4..; Gottingæ, 1829, in 4°.

(85) Strabo, Lib. IX: Ῥωμαῖοι δ' οὖν παραλαβόντες αὐτοὺς δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν, p. 274, ed. Casaub. 1587.

(86) De Aristione, cf. Athen. lib. V. p. 211 sqq. ubi vocatur Athenio, de quo Casaub. cap. XIII, p. 232: « Fuit hic nebulo binominis.... peculiari more omnium qui jus civitatis fraude acquirebant; semper enim παρέγγραφοι cives novum nomen in censum et tabulas publicas deferebant, non illud quo ante noscebantur. Ergo iste, infans quidem et dum servit servitutem, appellatur *Athenio*; postea vero Aristio appellari cœpit: παρέγγραφος Ἀθηναίων πολίτης γενόμενος.... Theophrastus in

sas tandem expugnavit (88). Ingenti peracta cæde, urbem non prorsus evertit (89); sed, tantam post cladem, exortisque civilibus bellis, multa mala perpessæ, scholis tantummodo Athenæ insignes fuerunt. Eo, ut philosophiæ operam darent, Ciceronem aliosque Romanos summis functos honoribus se contulisse legimus (90). Ibi enim multi tunc florebant philosophi; dum nulli pene alicujus nominis rhetores occurrerent; adeo ut in Asiam

Notationibus morum, cap. de maledicentia: ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος, ἐπειδὴ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. Hæc est ratio cur istum alii Athenionem, alii Aristionem nominent, ut Plntarchus et Appianus.» De hac nominis varietate, cf. P. Victor. Var. Lect. l. 25, c. 24; Wyttenb. Animadv. ad Plutarch. Moral. Vol. II, p. I, p. 392.

(87) Cf. Appian., Bell. Mithridat. XXVIII-XLI; Ahrens, l. l. p. 4, not. 3.

(88) Plutarch. Syll. XIV: ἑλεῖν δὲ τὰς Ἀθήνας αὐτός φησιν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, Μαρτίαις Καλάνδαις, ἥτις ἡμέρα συμπίπτει μάλιστα τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός, κτλ. Cf. Ahrens, ibid. p. 7, not. 3.

(89) Maxima pars Athenarum flammis consumta est, Plutarch. ibid.: εἶχε δὲ καὶ τὸν Πειραιᾶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη, θαυμαζόμενον ἔργον. Apelliconis bibliotheca potitus est; ibid., XXVI: ἀναχθεὶς δὲ πάσαις ταῖς ναυσὶν ἐξ Ἐφέσου, τριταῖος ἐν Πειραιεῖ καθωρμίσθη· καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὔπω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς.

(90) Cic. Brut. XCI: « Quum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho, veteris Academiæ nobilissimo et prudentissimo philosopho, fui; studiumque philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum et semper auctum,

et Rhodum proficiscerentur, qui eloquentiæ curam tempusque impendere studebant (91).

Rhodios inter oratores primas tenuerunt Apollonius Molon (92), Hermagoras, Artamenes, Aristocles, Philagrius (93). Asiani multo plures memorantur : Menecles et Hierocles (94), quorum utriusque orationes fuerunt, ut in asiatico genere, laudabiles (95); Æschylus Cnidius et Milesius Æschines, in quibus erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat (96); Menippus Stratonicensis (97), illis temporibus disertissimus, ut in Atticis numerari possit; Dionysius Magnes, Adramyttenusque Xenocles, in Asia rhetorum principes, quibus-

hoc rursus summo auctore et doctore renovavi. » De Panætii romanis et græcis auditoribus, cf. Lynden, De Panæt. I, § 12, 13.

(91) Cf. Ahrens, l. l. pars II, cap. I, § 31, succincta scholarum historia, p. 66-67.

(92) Cic. Brut. XCI.

(93) Dionys. Halic. in Dinarch. VIII : οἱ μὲν Ὑπερίδην μιμούμενοι, διαμαρτόντες τῆς χάριτος ἐκείνης καὶ τῆς ἄλλης δυνάμεως, αὐχμηροί τινες ἐγένοντο, οἷοι γεγόνασι Ῥοδιακοὶ ῥήτορες, οἱ περὶ Ἀρταμένην, καὶ Ἀριστοκλέα, καὶ Φιλάγριον καὶ Μόλωνα.

(94) Cic. De Orat. II, 23 : « Alabandensem illum Meneclem et ejus fratrem Hieroclem, quos ego audivi, tota imitatur Asia. »

(95) Idem, Brut. XCV.

(96) Idem, ibid.

(97) Strab. XIV : κἀνταῦθα δ' ἀνὴρ ἀξιόλογος γεγένηται ῥήτωρ Μένιππος κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν.... ὃν μάλιστα ἐπαινεῖ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ῥητόρων, ὧν ἠκροάσατο Κικέρων, ὥς φησιν ἐν

cum assiduissime fuit Tullius (98). Attica autem eloquentia jam diu evanuerat, adeo ut inter oratores vix collocandi sint Demetrius Syrus (99), Menedemus (100), Gorgias Atheniensis (101), Pammenes (102), Amphicrates (103), Matris (104).

τινι γραφῇ αὐτοῦ (vett. lib. αὐτὸς), συγκρίνων Ξενοκλεῖ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκμάζουσιν, p. 454, ed. Casaub. 1587.

(98) Cic. Brut. XCI.

(99) Idem, ibid. : « Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum, studiose exerceri solebam. »

(100) Cic. De Orat. I, 19 : « Disputabant contra diserti homines, Athenienses, et in re publica causisque versati, in quis erat etiam is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus, hospes meus, etc. »

(101) De Gorgia, vide Ruhnk. præf. ad Rutil. Lup. p. X sq., et infra, De Rhetor. § IV.

(102) Cic. Brut. XCVII; Orator, XXX.

(103) Hujus meminit Plutarch. in Lucull., XXII : ἐτελεύτησε δὲ παρὰ τῷ Τιγράνῃ καὶ Ἀμφικράτης ὁ ῥήτωρ· εἰ δεῖ καὶ τούτου μνήμην τινὰ γενέσθαι διὰ τὰς Ἀθήνας. Λέγεται γὰρ φυγεῖν μὲν αὐτὸν εἰς Σελεύκειαν τὴν ἐπὶ Τίγριδι· δεομένων δ' αὐτόθι σοφιστεύειν, ὑπεριδεῖν, καταλαζονευσάμενον, ὡς οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωροίη· μεταστάντα δὲ πρὸς Κλεοπάτραν, τὴν Μιθριδάτου θυγατέρα, Τιγράνῃ δὲ συνοικοῦσαν, ἐν διαβολῇ γενέσθαι ταχὺ, καὶ τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐπιμιξίας εἰργόμενον ἀποκαρτερῆσαι. Ταφῆναι δὲ καὶ τοῦτον ἐντίμως ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας, καὶ κεῖσθαι περὶ Σαφὰν, ἐκεῖ τι χωρίον οὕτω καλούμενον.

(104) Quem cum Amphicrate et Hegesia jungit Longin. De Sublim. III, 2 : τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα, καὶ Ἡγησίου, καὶ Μάτριδος· πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾷν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν. Laudationem Herculis cum scripsisse docet Athen. Lib. X, p. 412, B : Μάτρις δὲ ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἐγ-

CAPUT SECUNDUM.

De Rhetorica apud Græcos inde ab ortu ejus usque ad Augustum.

§ I. De Rhetorica usque ad Aristotelem.

1° *Rhetores Siculi.*

Sublatis in Sicilia tyrannis, de eloquentia præcepta dedisse ferunt Coracem, magistro usum Empedocle, qui primus circa Rhetoricen quædam movisse dicitur, Tisiamque Coracis discipulum (1). Idem fecere Gorgias, Polus, Licymnius, Alcidamas. Hæc fuit Siculorum rhetorum familia.

Non omnino liquet qualis fuerit Coracis doctrina, cujus admodum pauca et valde incerta

κωμίῳ καὶ εἰς πολυποσίαν φησὶ τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι. De temperantia ejus, Idem, Lib. II, p. 44, D : Μάτρις δ' ὁ Ἀθηναῖος...... οὐδὲν ἐσιτεῖτο ἢ μυρίνης ὀλίγον· οἴνου δὲ καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀπείχετο, πλὴν ὕδατος.

(1) Cic. Brut. XII : « Antea neminem solitum via nec arte; sed accurate tamen, et de scripto plerosque dicere. » Cf. Doxopat. Homil. in Aphthon. Rh. gr. Walz. t. II, p. 119; Anonym. Rhetor. Epitom. ibid. t. III, p. 610; Proleg. in Hermog. Rhet. ibid. t. IV, p. 11; Max. Planud. Proleg. Rhet. ibid.

fragmenta supersunt. Artem τῷ εἰκότι præcipue constare dicebat (2), Rhetoricenque definiebat πειθοῦς δημιουργόν (3). Tisias Rhetoricæ fines prolatare incepit (4): Thuriis Lysiam (5), Athenis Isocratem erudiit (6). Gorgias, Empedoclis et Tisiæ discipulus, dux legationis quam Athenas Leontini miserant, animos dictione sua perculit (7); Græciam perlustravit et in Thessalia commoratus est.

t. VI, p. 215 sqq.; Doxopat. proleg. Rhet. ibid. VI, p. 13; Troil., proleg. Rhet. ibid. p. 48; Proleg. De Statibus, ibid. VII, p. 6. Spengel., p. 22-37.

(2) Aristot. Rhet. II, 24: ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἐριστικῶν, τὸ κατά τι καὶ πρός τι, καὶ πῆ, οὐ προστιθέμενα, ποιεῖ συκοφαντίαν· καὶ ἐνταῦθα παρὰ τὸ εἰκὸς μὴ ἁπλῶς, ἀλλά τι εἰκός. Ἔστι δ' ἐκ τούτου τοῦ τόπου ἡ Κόρακος τέχνη συγκειμένη, κτλ.

(3) Anonym. Epitom. Rhet. l. l., t. III, p. 611. Adde Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, ibid. IV, p. 575: γνωστέον δὲ, ὅτι καὶ Κόραξ ὁ τεχνογράφος τῷ τῆς καταστάσεως ὀνόματι κέχρηται, προοίμια τοῦ λόγου τὴν κατάστασιν καλῶν.

(4) Proleg. in Hermog. Rhet. ibid. t. IV, p. 14: ὁ Τισίας δὲ ἐκεῖνος ἀπελθὼν ἤρξατο διδάσκειν καὶ πλατύνειν τὴν ῥητορικήν.

(5) Plutarch. t. IX, p. 321, ed Reisk.; Phot. Bibl. Cod. CCLXI.

(6) Dionys. Halic. in Isocr. I. Cf. Spengel., l. l., et p. 37-39.

(7) Diod. Sic., XII, 53: Λεοντῖνοι Χαλκιδέων μὲν ὄντες ἄποικοι, συγγενεῖς δὲ Ἀθηναίων ἔτυχον ὑπὸ Συρακουσίων πολεμούμενοι· πιεζόμενοι δὲ τῷ πολέμῳ καὶ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τῶν Συρακουσίων κινδυνεύοντες ἁλῶναι κατὰ κράτος, ἐξέπεμψαν πρέσβεις εἰς τὰς Ἀθήνας.... Ἦν δὲ τῶν ἀπεσταλμένων ἀρχιπρεσβευτὴς Γοργίας ὁ ῥήτωρ δεινότητι λόγου πολὺ προέχων πάντων τῶν καθ' ἑαυτόν· οὗτος καὶ τέχνας ῥητορικὰς πρῶτος ἐξεῦρε. Οὗτος οὖν καταντήσας εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ, παραχθεὶς εἰς τὸν δῆμον, διελέχθη τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τῆς συμμαχίας, καὶ τῷ ξενίζοντι τῆς λέξεως ἐξέπληξε τοὺς Ἀθηναίους, κτλ.

Delphos quoque adiit, ubi pythicam ob orationem statua aurea ei posita est (8). Docendo Athenis, ad magnas pecunias venit (9). Multa scripsit (10) : ex iis autem quæ ad Rhetoricen pertinent memorare satis erit singularum rerum laudes vituperationesque (11). Princeps exstitit in consectatione concinnitatis verborum, quæ sive *casus* habent *in exitu similes*, sive *paribus paria redduntur*, sive *opponuntur contraria* (12). Libros integros de Rhetorica composuisse alii negant, adseverant alii (13).

(8) De Gorgiæ peregrinatione vid. Jac. Geel., Hist. crit. sophist. sectio II, cap. I, § I : de Gorgiæ vita et moribus, p. 23, sq.

(9) Plato, Hipp. maj. Bekk. ed. Lond. 1826, t. VI, p. 188 : Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο ἀφίκετο. . . . καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν τοῖς νέοις χρήματα πολλὰ εἰργάσατο καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως.

(10) Vide Jac. Geel., l. l. § II, p. 31-36.

(11) Cic. Brut. XII : « Quod judicaret hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere. » Gorgias scribere aggressus est περὶ τῶν ἀνομοίων καὶ τῶν ὁμογενῶν, Dionys. Halic. De composit. verb. XII, p. 144, ed. Schæf. Rhetoricen definiebat : τέχνη περὶ λόγους (Spengel. e cod. Mon. VIII : περὶ λόγων) τὸ κῦρος ἔχουσα, πειθοῦς δημιουργὸς ἐν πολιτικοῖς λόγοις περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος, πιστευτικῆς καὶ οὐ διδασκαλικῆς· εἶναι δὲ αὐτῆς τὴν πραγματείαν ἰδίαν, μάλιστα περὶ δίκαια καὶ ἄδικα, ἀγαθά τε καὶ κακὰ, καλά τε καὶ αἰσχρά. Proleg. De Statibus. ἐκ τῶν Πλουτάρχου εἰς τὸν Πλάτωνος Γοργίαν, Rh. gr. Walz., t. VII, p. 33. Cf. ibid., p. 6; et Doxopat. Homil. in Aphthon., ibid. t. II, p. 104.

(12) Cic. Orat. XLIX.

(13) De Gorgia, legendus Spengel., l. l., p. 63-84.

Polum de Arte oratoria quædam scripsisse constat (14); de Grammatica multo plura, quæ Licymnius tradiderat (15). Exornandæ orationi quoque studuit (16): quod minime videtur mirandum apud scriptorem, qui non raro dithyrambica eloquebatur (17), theatralesque aucupabatur figuras (18). Rhetoricam Artem Licymnius ipse edidit (19).

(14) Syrianus, Schol. in Hermog. De Statibus : Πῶλος ὁ Γοργίου μαθητὴς ἐν τῇ τέχνῃ φησὶν κτλ. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 44. Cf. Spengel., l. l., p. 84-88.

(15) Schol. in Anecdot. Siebenk., p. 69 : Λικυμνίων, (Alii : Λικύμνιος) οὗτος τὸν Πῶλον ἐδίδαξεν ὀνομάτων τινὰς διαιρέσεις· οἷον, ποῖα κύρια, ποῖα σύνθετα, ποῖα ἀδελφὰ, ποῖα ἐπίθετα, καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς εὐέπειαν. Aristot. Rhet. III, 2 : κάλλος δὲ ὀνόματος, τὸ μὲν, ὥσπερ Λικύμνιος λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις, ἢ τῷ σημαινομένῳ· καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως. Cf. Dion. Halic. in Lys, III. Is diversus est a Licymnio Chio, poeta lyrico.

(16) Max. Planud. Schol. in Hermog., De Formis, I : Γοργίας μὲν οὖν καὶ Πῶλος σφόδρα τοῦ κάλλους πεφροντικότες παντοδαπῶν παρισώσεων πληροῦσι τοὺς λόγους, Rh. gr. Walz. t. V, p. 514.

(17) Dionys. Halic. in Lysia, III : δηλοῖ δὲ τοῦτο Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος· καὶ τῶν ἐκείνου συνουσιαστῶν οἱ περὶ Λικύμνιόν τε καὶ Πῶλον.

(18) Idem, II Epist. ad Ammæum, § II : εὕροι δ' ἄν τις οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ (subint. Θουκυδίδῃ)· τὰς παρισώσεις λέγω, καὶ παρομοιώσεις, καὶ παρανομασίας, καὶ ἀντιθέσεις· ἐν αἷς ἐπλεόνασε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ οἱ περὶ Πῶλον κτλ.

(19) Aristot. Rhet. III, 13 : δεῖ δὲ εἶδός τι λέγοντα καὶ διαφορὰν, ὄνομα τίθεσθαι· εἰ δὲ μὴ, γίνεται κενὸν καὶ ληρῶδες· οἷον Λικύμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ, ἐπούρωσιν ὀνομάζων, καὶ ἀποπλάνησιν, καὶ ὄζους. Hunc locum satis probabiliter sic refingit Spengel. : οἷον Λικύμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ, ἐπούρωσιν ὀνομάζων τὴν

Alcidamas, inter eos collocandus qui de arte bene dicendi præcepta reliquerunt (20), orationis partes quatuor esse dixit : Rhetoricen definiebat δύναμιν τοῦ ὄντος πιθανοῦ (21). Quæ citat Aristoteles (22), frigidum fuisse arguunt atque poetica verba et epitheta captasse ultra modum : hujus tamen ubertatem laudavit Tullius (23).

2° *Sophistæ.*

Quum multi veterum sophistarum *Rhetores* dicti fuerunt; *sophistæ* autem, qui in numero *Rhetorum* erant habendi; operæ pretium fuit utrosque distinguere, et suum in ordinem quemque revocare (24). Sophistas igitur Rhetoresque appellare liceat Gorgiam, Polum, Protagoram, Prodicum, Hippiam; Rhetores, Licymnium et Alcidamantem; inter utrosque, tamquam medios, collocare Thrasymachum et Theodorum Byzantium. Prætermissis sophistis illis, quos jam in

ἐπανάληψιν, καὶ ἀποπλάνησιν ὄζους. Quem vide l. l., p. 88-90.

(20) Dionys. Halic., I Epist. ad Ammæum, § II. Cf. Spengel., l. l., p. 172-180.

(21) Τοῦτον δὲ τὸν ὅρον οἱ περὶ τὸν Ἀλκιδάμαντα ἔλεγον, Proleg. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 8.

(22) Rhet. III, 3.

(23) Tuscul. I, 48.

(24) Id quod acri judicio perfecit Geel, l. l., cap. II : tres ætates Sophisticæ constituit, quarum prima pertinet ad Gorgiam, Protagoram, Prodicum et alios qui, quotquot fuerint, inter illos triumviros regnarunt ; altera ætas illorum virorum discipulos protulit ; postrema denique a tempore quo Isocrates Panathenaicum, Helenæ encomium, orationemque in Sophistas conscripsit, per multa secula senectutem traxit.

sicula familia reperimus, brevissime loquar de Protagora, Prodico et Hippia. Hos enim solos novimus, quamquam alii ante Protagoram exstiterunt (25).

Protagoras, qui grammaticis rebus præcipuam impendit operam (26), Rhetoricen attigisse videtur (27): præcepta exemplo suo confirmavit. Litis inter eum et Euathlum, de pacta mercede exortæ, meminisse satis erit (28).

Grammaticæ pariter studuit Prodicus Ceus, verborum potestatem distinguens et proprium

(25) Plato in Menone, Bekk. ed. Lond. 1826, t. IV, p. 63: καὶ οὐ μόνον Πρωταγόρας, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πάμπολλοι· οἱ μὲν πρότεροι γεγονότες ἐκείνου, οἱ δὲ καὶ νῦν ὄντες.

(26) Aristot. Rhet. III, 5: τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας, τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄῤῥενα, καὶ θήλεα, καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· ἡ δ' ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα ᾤχετο.

(27) Quinctil. III, 1 et 4. Cf. Spengel., l. l. p. 40-46.

(28) Quam elegantissime narrat Aul. Gell. V, 10; locum libenter transcripsissem, nisi esset paulo longior. Cf. Apul. in Florid. IV, 18; p. 87, ed. Oudend., et Diog. Laert. IX, 56. Unum subjiciam minus obvium, ex Schol. in Hermog. de Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 179, ubi Cod. Ven.: οἶδεν ὁ τεχνογράφος, ὡς ἡ κατὰ μικρὸν τῶν συνεστώτων παράλλαξις πολλοὺς ἀπεργάζεται τῶν ἐγγὺς ἀσυστάτων τρόπους· ἔνιοι γοῦν τῶν μετ' αὐτὸν, ὧν ἐστιν Εὐαγόρας τε καὶ Ἀκύλας, καὶ μέχρι δώδεκα τρόπων τὰ ἀσύστατα προήνεγκαν, τέσσαρας ἄλλους τοῖς παρὰ Ἑρμογένους εἰρημένοις προσθέντες.... Τὸν ἄπορον ἐν κατηγορίᾳ, ὃν καὶ Κροκοδειλίτην οἱ Στωϊκοί φασιν· οἷον Εὔαθλος συνέθετο Πρωταγόρᾳ τῷ σοφιστῇ δώσειν μισθὸν, εἰ τὴν πρώτην δίκην λέγων νικήσειεν· μαθὼν δὲ, μὴ βουλόμενος λέγειν, ὑπὸ τοῦ Πρωταγόρου τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖται· ὁ δὲ ἀντιλέγει· εἴτε γὰρ νικήσειεν, οὐ δίκαιος δοῦναι κατὰ τὴν σύνταξιν, εἴτε κληθείη ὡς μήπω μαθὼν, οὐκ ἄξιος ἀπαιτεῖσθαι. Cf. Geel., l. l., p. 82-83.

sensum investigans (29): poetarum quoque interpretationi incubuit (30).

Rhetoricen exercuit Hippias Eleus (31), litterarum tamen syllabarumque distinctiones, et rhythmorum naturam in primis expiscatus est (32): eloquentiam suam poetico vestitu adornavit (33).

Thrasymachus Chalcedonius rationem judices commovendi, sive ad iram, misericordiam,

(29) Arisiot. Topic. II, 6, p. 114, ed. Buhle: ἔτι εἰ καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ συμβεβηκὸς ἔθηκεν ὡς ἕτερον, διὰ τὸ ἕτερον εἶναι ὄνομα, καθάπερ Πρόδικος διῃρεῖτο τὰς ἡδονὰς εἰς χαρὰν καὶ τέρψιν καὶ εὐφροσύνην· ταῦτα γὰρ πάντα τοῦ αὐτοῦ, τῆς ἡδονῆς, ὀνόματά ἐστιν· εἰ οὖν τις τὸ χαίρειν τῷ εὐφραίνεσθαι φήσει συμβεβηκέναι, αὐτὸ ἂν αὐτῷ φαίη συμβεβηκέναι. Nimiam ejus hac de re subtilitatem festive ridet Plato in Protag. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 318: « εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα ὁ Πρόδικος· καλῶς μοι, ἔφη, δοκεῖς λέγειν, ὦ Κριτία· χρὴ γὰρ τοὺς ἐν τοιοῖσδε λόγοις παραγιγνομένους κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατὰς, ἴσους δὲ μή. Ἔστι γὰρ οὐ ταὐτόν· κοινῇ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι δεῖ ἀμφοτέρων, μὴ ἴσον δὲ νεῖμαι ἑκατέρῳ, ἀλλὰ τῷ μὲν σοφωτέρῳ πλέον, τῷ δὲ ἀμαθεστέρῳ ἔλαττον κτλ. Vide Spengel, l. l., p. 49-51.

(30) Themist. Orat. XXIII, p. 289, ed Petav. Paris. ann. 1684: ἐπεὶ καὶ Πρόδικος καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ μὲν ὀρθοέπειάν τε καὶ ὀρθοῤῥημοσύνην μισθοῦ ἐκδιδάσκων τοὺς νέους· ὁ δὲ τὰ Σιμωνίδου τε καὶ ἄλλων ποιήματα ἐξηγούμενος, σοφισταὶ ὅμως καὶ ἤστην καὶ ἐλεγέσθην.

(31) Quinctil. III, 1. Cf. Spengel., l. l., p. 60-61.

(32) Plato, Hipp. maj. Bekk. ed. Lond. 1826, t. VI, p. 195: ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν. Cf. Hipp. min. ibid. t. III, p. 12.

(33) Philostrat. Vit. Soph. lib. I, p. 499, ed. Morel. ἡρμήνευε δὲ οὐκ ἐλλιπῶς, ἀλλὰ περιττῶς, καὶ κατὰ φύσιν, εἰς ὀλίγα καταφεύγων τῶν ἐκ ποιητικῆς ὀνομάτων.

invidiam, sive ad lætitiam et dolorem impellendi docuit (34). Numerosam orationem invenit (35), et prima Actionis rudimenta inchoavit (36). De Arte rhetorica duos libros scripsit (37).

Theodori Byzantii, subtilioris in arte, in orationibus autem jejunioris, fragmenta quæ supersunt (38) eum arguta nimis et exilia præcepta captasse demonstrant. Hæc enim, multis post seculis, in senilem et quasi repuerascentem Rhetoricen apte quadrassent; adeo ut vix sit quod mireris apud Rufum occurrere similia (39). Quasdam accu-

(34) In libro Ἔλεοι inscripto, cujus meminit Aristot. Rhet. III, 1. De Thrasymacho, Plato, Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 162 : τῶν γε μὴν οἰκτρογόων ἐπὶ γῆρας καὶ πενίαν ἑλκομένων λόγων κεκρατηκέναι τέχνῃ μοι φαίνεται τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος. Ὀργίσαι τε αὖ πολλοὺς ἅμα δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, καὶ πάλιν ὠργισμένοις ἐπᾴδων κηλεῖν, ὡς ἔφη· διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διαβολὰς ὁθενδὴ κράτιστος. Schol. in Anecdot. Siebenk. p. 70 : ὁ Χαλκηδόνιος ἐστὶν ὁ Θρασύμαχος κτλ.

(35) Cic. Orat. LII.

(36) Aristot. Rhet. III, 1.

(37) Aristophanis Schol. in Av. 881 : τὰ αὐτὰ τοῖς Θεοπόμπου καὶ Θρασύμαχός φησιν ἐν τῇ μεγάλῃ τέχνῃ. Scripsit ἀφορμὰς ῥητορικάς, teste Suida, apud Westermann, l. l. p. 140, not. 6, ubi addit Thrasymachum edidisse προοίμια, fretus auctoritate Athen. X, p. 416, A.

(38) Aristot. Rhet. III, 13 : ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον, καὶ ἐπιδιήγησις, καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος καὶ ἐπεξέλεγχος.

(39) Cf. Rhet. gr. Walz. l. III, p. 452-454 : Rufum citans Spengel., l. l., p. 100, ablegat ad Anonymum Galei, p.

sandi et defendendi (40), urbanitatisque orationi addendæ rationes (41) tradidit.

194. ed. Fisch. Jam inde ab anno MDCCCXV Anonymi nomen latebris eruit cl. Boissonade.

Nimiam Theodori subtilitatem carpit Plato, Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 158 : ΣΩΚ. καὶ καλῶς γ' ὑπέμνησας. Προοίμιον μὲν οἶμαι πρῶτον ὡς δεῖ τοῦ λόγου λέγεσθαι ἐν ἀρχῇ. Ταῦτα λέγεις — ἦ γαρ; — τὰ κομψὰ τῆς τέχνης; ΦΑΙ. Ναί. — ΣΩΚ. Δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα, μαρτυρίας τε ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα· καὶ πίστωσιν οἶμαι καὶ ἐπιπίστωσιν λέγειν τόν γε βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα. ΦΑΙ. Τὸν χρηστὸν λέγεις Θεόδωρον; ΣΩΚ. Τί μήν; καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ. Ubi Hermias: ἐπιπίπτωσιν λέγει τὸ ἐπὶ ἀποδείξει ἑτέραν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν. Ast. in Lexic. Plat.: πίστωσις, *confirmatio* ; ἐπιπίστωσις, *probatio alteri adjecta.* Quod non aliter explicat Thes. ling. gr. t. III, p. 1731, ed. Didot. E Spengelii sententia (l. l., p. 99), novas quasdam Theodoro inventas orationis divisiones prioribus non addit Plato; sed quæ ante nominaverat τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα, his technica vocabula a Theodoro primum prolata adjungit, ab eoque πίστωσιν et ἐπιπίστωσιν appellari tradit. Quæ explicatio ingeniosa; immo argutior, ut ad subtilitatem Theodori subtilitate sua Spengel. accessisse videatur.

(40) Aristot. Rhet. II, 23 : ἄλλος τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι· οἷον, ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ, οἱ μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν· οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς· ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια περὶ τὴν ἀποστολὴν τῶν παίδων· ἡ δ' ἀπολογεῖται, ὅτι οὐκ ἂν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινε· τοῦτο γὰρ ἥμαρτεν ἂν μὴ ποιήσασα, εἴπερ καὶ θάτερον ἐποίησεν· ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος τοῦ ἐνθυμήματος, καὶ τὸ εἶδος ὅλη ἡ πρότερον (Ald. προτέρα) Θεοδώρου τέχνη.

(41) Idem, Rhet. III, 11 : καὶ τῶν ἀποφθεγμάτων δὲ τὰ ἀστεῖά ἐστιν ἐκ τοῦ μὴ ὅ φησι λέγειν, οἷον τὸ τοῦ Στησιχόρου, ὅτι οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ᾄσονται. Καὶ τὰ εὖ ᾐνιγμένα διὰ τὸ αὐτὸ

3° *Rhetores germanæ Græciæ, sive Attici.*

Ad tempora venimus per quæ magis ac magis Rhetoricæ fines propagati sunt; intereadum ejus regnum, suis tamquam descriptum provinciis, Aristoteles constitueret. Cephalus prooemia et epilogos scripsit. Idem fecerat Antiphon Rhamnusius (42), qui, Gorgiæ exemplo, singularum rerum laudationes vituperationesque tractavit (43): Rhetoricam artem composuit (44), nonnullaque docuit ad Grammaticen pertinentia (45). Theramenes, quem aiunt Isocratis magistrum

ἡδέα· μάθησις γὰρ καὶ λέγεται μεταφορά· καὶ ὁ λέγει Θεόδωρος, τὸ καινὰ λέγειν. De Theodoro, cf. Spengel., l. l. p. 98-103.

(42) Fragmenta citat Suidas in voc. ἅμα, — αἰσθέσθαι, — μοχθηρός. Cf. Spengel, l. l. p. 105-106.

(43) Cic., Brut. XII. Antiphontem ἐν τοῖς ἀπόροις τεχνικὸν fuisse dicit Cæcilius, apud Plutarch. l. IX, p. 309, ed. Reisk.

(44) Longin. De Inv. : Ἀντιφῶν τε ἐν ταῖς ῥητορικαῖς τέχναις τὸ μὲν τὰ παρόντα ἔφη καὶ ὑπάρχοντα καὶ παρακείμενα αἰσθάνεσθαι κατὰ φύσιν εἶναι ἡμῖν· παρὰ φύσιν δὲ τὸ φυλάττειν αὐτῶν ἐκποδὼν γενομένων ἐναργῆ τὸν πόθον· ὅθεν ἐπειδὴ παρὰ φύσιν ἐστὶν τὸ μνημονεύειν, ἡ φροντὶς καὶ ἡ ἄσκησις κράτιστον. Rh. gr. Walz. l. IX, p, 576.

(45) Cf. Spengel., l. l. p. 116. De Antiphontis orationibus disputata prætermitto; quippe quæ ad rem meam nihil faciant. Satis erit notasse quonam genere dicendi usus fuerit. Proleg. De Statibus : τρεῖς χαρακτῆρές εἰσι τῆς ῥητορικῆς, οἷον εἴδη φράσεως· αὐστηρὸν, μέσον, ἰσχνόν. Θουκυδίδης μὲν τὸν αὐστηρὸν ἐπετήδευσε χαρακτῆρα, καὶ Ἀντιφῶν ὁ ῥήτωρ, ὁ τούτου διδάσκαλος. Rh. gr. Walz. l. VII, p. 26. Proleg. Auctor, exemplo ductus Hermogenis qui, De Formis, II, ibid. t III, p. 386, narrat

fuisse (46), de Rhetorica scripsit (47). Lysiam, etsi primo dicendi artem profiteri solitus est (48), Rhetoricæ tamen præcepta dedisse comperimus (49).

Ultra Cephalum, Antiphontem, Lysiam progressus est Isocrates, magister perfectus, cujus e ludo, tamquam ex equo trojano meri principes exierunt (50). Multa de Rhetorice reliquerat, quamquam, Quinctiliani ætate, fidem non obtinebat Ars ejus quæ circumferebatur (51). Orationis

Antiphontem Thucydidis fuisse magistrum, recitavit (id quod fecit Sopater Schol. in Hermog. Rhet. ibid. t. V, p. 7), eam relationem cujus auctoritatem infirmavit Krüger, Quæst. de Vita Thucyd., p. 34; ubi enumerat scriptores qui, hac de re, conjecturam Cæcilii Calactitis, Dionysii Halic. æqualis et amici, pro certo testimonio secuti sunt. De Antiphonte, cf. Westermann, l. l. p. 59-63.

(46) Dionys. Halic. in Isocr. I.

(47) Plutarch. t. IX, p. 328, ed. Reisk.: καὶ ἐκείνου τινὰς οὔσας τέχνας αὐτῷ φασι συμπραγματεύσασθαι, ἡνίκα ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐσυκοφαντεῖτο, αἵ εἰσιν ἐπιγεγραμμέναι Βότωνος. Cf. Doxopat. Proleg. Rhet. in Rh. gr. Walz. t. VI, p. 21; ejusdem Homil. in Aphthon., ibid. t. II, p. 122; Spengel., l. l. p. 122.

(48) Cic. Brut. XII.

(49) Plutarch., t. IX, p. 324, ed. Reisk: εἰσὶ δ' αὐτῷ καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι. Harum Artium mentionem facit Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus: σημειωτέον ὡς ἐξετάζοντας τὸν πλοῦτον καὶ τὰ ἄλλα, δεῖ τὰς κατασκευὰς αὐτῶν καθολικὰς εἶναι καὶ τρόπον τινὰ θετικάς· εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τόποι γεγυμνασμένοι τῷ Λυσίᾳ ἐν ταῖς παρασκευαῖς· λέγει γὰρ οἵους ἀπεργάζεται ἡ πενία καὶ οἵους τὸ πλουτεῖν· καὶ ἡ νεότης καὶ τὸ γῆρας. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 352. Cf. Spengel., l. l. p. 122-147.

(50) Cic., De Orat. II, 22; Brut. VIII.

(51) Quinctil. II, 15.

quatuor partes primus constituit (52), Rhetorisque officium esse dixit : τὰ μικρὰ μεγάλως εἰπεῖν, καὶ τὰ μεγάλα μικρῶς· καὶ τὰ νέα παλαιῶς, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς (53). Pauca ejus præcepta habemus (54).

(52) Quod conjicere licet e Theodecte, Isocratis discipulo, Doxopat. proleg. Rhet. : ἔργα δὲ ῥητορικῆς, κατὰ τὸν Θεοδέκτην, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πίστιν, ἀγωνίσασθαι πρὸς τὸ δεῖξαι, ἀνακεφαλαιώσασθαι πρὸς ἀνάμνησιν. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 19. Eadem fere tradit Lollianus, in Prolegom. De Statibus, ibid. t. VII, p. 33 : ἔργον ῥήτορος, ὥς φησι Θεοδέκτης, προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἐπιλογίσασθαι πρὸς ὀργὴν ἢ ἔλεον.

(53) Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I, Rh. gr. Walz. t. VI, p. 132. Cf. Ejusdem Schol. ibid. II, p. 459; Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I, ibid., t. V, p. 455; et Hermog. De Form. II, ibid. t. III, p. 363.

(54) Quæ, huc et illuc sparsa, Spengel. collegit et illustravit l. l., p. 149-172. Desiderabantur tamen ibi nomina auctorum quos citat; præter quam quod lectionis varietatem suppeditant Rhetores græci a Walz. vulgati, Spengelii libro jam in lucem edito. Hæc in causa fuerunt cur eadem Isocratis fragmenta revolvens, auctoris cujusque nomen addiderim et varias lectiones quæ tanti videbantur :

1° *De Narratione* : apud Spengel., p. 160, in cod. Monac. CXXIII, fol. 188; — apud Walz. t. VII, p. 721 : Anonymus, Schol. in Hermog. De Inv. II.

Spengel.	Walz.
l. 1. ἔστι δὲ προκατάστασις	Ἰστέον, ὅτι προκατάστασις ἔστι.
l. 6. ἀπαρχῆς....................	ἀπ' ἀρχῆς.
l. 7-8. ἃς τὸ τελευταῖον προσέτεινέ μοι.	In cod. Par.: ἃς ὕστερόν μοι ἐπέθηκεν.
l. 10. φανήσεται..................	φαίνεται.
l. 13. ἐκ τῆς τῶν ἀκουόντων ἐννοίας· ἀλλ' εἰ μέρος ἐστὶ τῆς διηγήσεως ἡ κατάστα-	τῆς τῶν ἀκουόντων ἐννοίας· διαφέρει δὲ διηγή-

Ex Isocratis discipulis, Philiscus Milesius de arte bene dicendi nonnulla scripsit (55): discipulum habuit Neanthem Cyzicum, qui in Rhetorica versatus est (56); Zoilus (57) schemata elocutionis

Spengel.	Walz.
σις καὶ ἀεὶ αὐτῇ σύνεστιν, ἀλλ' οὖν διαφέρει αὐτῆς ὅτι ἡ μὲν διήγησις ψιλὴν ἔκθεσιν ἔχει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ κατάστασις τῶν τε πρὸ τοῦ πράγματος ἔνια περιλαμβάνει καὶ τῶν μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτό.	σεως, ὅτι ἡ μὲν ψιλὴν ἔκθεσιν ἔχει τῶν πραγμάτων, ἡ δὲ τῶν τε πρὸ τοῦ πράγματος ἔνια περιλαμβάνει, καὶ τῶν μετὰ τὸ πρᾶγμα, καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.
l. 20. διηγεῖται	ἀφηγεῖται.
l. 24. καὶ τὰ πρὸ τοῦ πράγματος	Desunt.
l. 25. ἕκαστος	ἑκάτερος.

Cf. Anonym. Schol. in Hermog. De Formis, I, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 917. Eadem fere *De Narratione* tradit Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus, in Spengel., p. 161; apud Walz., t. IV, p. 712.

Spengel.	Walz.
l. 7. μάλιστα δὲ τῶν	μάλιστα δὲ τό.
l. 8 εὖ ἐχόντων εἰρημένων	εὖ ἐχόντως εἰρημένον.
l. 14. συμβαλλουμένοις	συμβαλλομένοις (Ald. συμβαλομένοις).

2° *De Dictione:* apud Spengel., p. 161-162, Anonymus Schol., p. 386, et Cod. Monac. VIII, fol. 464: — apud Walz. Rh. gr. V, p. 469: Max. Planudes, Schol. in Hermog. De Formis, I. De Isocrate, rhetore, cf. Spengel., l. l., p. 149-172.

(55) Suidas in Φιλισκος: γέγραπται δὲ αὐτῷ τάδε· Μιλησιακός, Ἀμφικτιονικός, τέχνη ῥητορικὴ ἐν βιβλ. β', Ἰσοκράτους ἀπόφασις. Eudoc. p. 423: συνέταξε τέχνην ῥητορικήν. Cf. Dionys. Halic. I Epist. ad Ammæum, § II, ubi perperam dicitur Φίλιστος, Siculi historici nomine.

(56) Eudocia, p. 309.

(57) Cf. Fr. Aug. Wolf. Prolegom. ad Homer., p. CXCII.

et sententiarum tractavit (58); Theodectes Phaselites, politus scriptor, Artem edidit (59): hujus discipulus fuit Rhetor, nomine Sibyntius (60). Artes quoque composuerat quæ prorsus interciderunt Isæus, Demosthenis magister (61).

Multum inter se discordant illi quibus talia

(58) Hujus censuram agit Quinctil. IX, 1: « Sic enim verum erit aliam esse orationem ἀσχημάτιστον, i. e. carentem figuris, quod vitium non inter minima est; aliam ἐσχηματισμένην, i. e. figuratam. Id ipsum tamen anguste Zoïlus terminavit, qui id solum putaverit *schema*, quod aliud simulatur dici, quam dicitur; quod sane vulgo quoque sic accipi scio; unde et *figuratæ controversiæ* quædam, de quibus paulo post dicam, vocantur. » Non aliter Phœbammon sophista: ὁρίζεται δὲ Ζωΐλος οὕτως· σχῆμά ἐστιν ἕτερον μὲν προσποιεῖσθαι, ἕτερον δὲ λέγειν. Ἁμαρτάνει δὲ οὗτος ὅτι οὐ περιλαμβάνει περὶ πάντων τῶν σχημάτων· τὰ γὰρ πλεῖστα ἐκ τοῦ εὐθέος καὶ ἁπλοῦ σχηματίζεται· ὡς ὅτε ἀποφαινόμεθά τι, ἢ διαποροῦμέν τι καθ' ἑαυτούς, ἢ ἀποστροφῇ χρώμεθα ἄνευ προσποιήσεως. Rh. gr. Walz. t. VIII, p. 493-494.

(59) Eudoc., p. 230: ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ. Antiquitus igitur usitatum fuit, id quod renovatum videmus in Rh. gr. Walz. t. III, p. 617 sq., ubi occurrit Rhetorices Epitome ab Anonymo politicis versibus descripta. Quinquaginta Theodectes condidit tragœdias e quibus laudat Aristot. Alcmæonem et Ajacem, Rhet. II, 23; Orestem, ibid. 24; Helenam, Polit. I, 6; Tydeum, Poet. XVI; Lynceum, ibid. XVIII. Orationes scripsit quarum fragmenta idem citat, Rhet. II, 25. Stephan. Byzant. in Φασηλίς: καὶ λόγους (subintell. ἐποίησε) ῥητορικοὺς ἐπῶν, ubi in corrupto ἐπῶν orationum numerum latere opinatur Ruhnk. Hist. crit., p. LXXXIII.

(60) Eudoc., p. 381: Σιβύντιος Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου ἀναγνώστης καὶ οἰκέτης, ὃς ἐρρητόρευσεν οἰκετῶν πρῶτος· ἔγραψε τέχνας ῥητορικάς, μελέτας τε καὶ ἐπιστολάς. Cf. Suid. in Σιβύντιος.

(61) Dionys. Halic. in Isæo, IV.

curæ sunt de Auctore *Rhetorices ad Alexandrum*. Eam Aristoteli abjudicandam uno ore pronuntiant qui maxima auctoritate valent ; neque validis confirmatur argumentis opinio Nostratis (62), qui librum Coraci restituere conatus est. Victorio contendenti Anaximenem auctorem esse libenter accedebam, quum in eam sententiam me prorsus adduxerunt quæ disserit Spengel. (63), ut ostendat ante libros Aristotelis de Rhetorica editam fuisse hanc Artem, cujus ætatem definit, exemplis ad explicanda præcepta confictis (64). Idem, probabili conjectura fretus, tradit, tempore quo vetus hic liber vulgatus fuit, *duo* tantummodo Rhetorices genera exstitisse (65).

Quod si emensum iter nunc rapidissime relegimus, ut hoc compendium uno velut intuitu comprehendamus ; videre erit qualis ab ortu suo usque ad Aristotelem Rhetorica fuerit. Primis lineis eam descripserunt Corax et Tisias ; Gorgias communes locos invenit et quædam elocutionis artificia; Grammaticam attigerunt Polus et Licymnius ; Alcidamas quatuor orationis partes instituit. Grammaticis rebus magis quam Rhetoricæ operam dederunt Protagoras et Prodicus ; Thrasymachus numerosam elocutionem aucupa-

(62) Garnier, Mém. sur l'*Art oratoire* de Corax ; Mém. de l'Institut, an. 1815.

(63) L. l., p. 182 sq.

(64) Vide p. 188-189 : inde colligit vulgatam fuisse intra annorum spatium 340-330 ante Chr.

(65) Cf. ibid. p. 182-187.

tus est, de movendis affectibus quædam docuit, Actionemque adumbravit: ad subtiliora præcepta confugit Theodorus Byzantius. Incrementa cepit Rhetorica, Antiphonte et Cephalo ducibus; ulterius autem eam promoverunt Isocrates ejusque discipuli: *exordium, narrationem, confirmationem, epilogum* et disciplinam *de Elocutione* constituerunt. In ambiguo tamen est utrum duo an tria tunc temporis fuerint Rhetorices genera.

§ II. De Aristotele Rhetoricarum artium scriptore.

Nunc inducendus in scenam Aristoteles, Rhetoricæ vera lex et norma. Nequaquam satis dolendum interiisse multa ex iis quæ tanto de argumento scripserat vir sagacissimi ingenii, copiosissima instructus doctrina. Compertum enim habemus hunc in aliorum recensendis vel explicandis artibus versatum fuisse, litterisque mandasse ea quæ ipse excogitaverat, perlectis oratoribus et poetis quorum partu læta exsultabat Græcia.

Si quis igitur ea quæ disseminata collegimus in unum, quantum fieri potuit, ut sub conspectum venirent omnia quæ de Rhetorica tradita fuerant ante Aristotelem, contulerit cum Arte Stagiritæ in tres libros distributa; is sane fatebitur in cunis vagientem Rhetoricen jacuisse, donec hujus ductu et auspiciis ad summum eveheretur fastigium. Hac de causa, temporibus

anteactis tantisper immorari non abs re profecto videbitur.

Quod si nihil aliud sophistæ sibi proposuissent quam manca et vix inchoata præscribere de Rhetorica, non id tanti fuisset, ut Socrates potiusve Plato omnibus eloquentiæ suæ viribus eos impugnarent. Cujus vehementissimæ colluctationis causa aliunde repetenda; videlicet, e placitis sive docentium nihil esse, vel si quid sit, ab homine non comprehendi, vel, quamvis possit comprehendi, non posse tamen explicari, neque communicari cum alio (66), fluere omnia omniumque mensuram esse hominem, et in utramque partem qualibet de re disputari posse (67): sive de diis ita disputantium, ut alii nullos esse deos affirmasse perhibeant (68); alii nihil adseverent, sed opinentur non satis firme

(66) Cf. Geel. l. l., de Gorgiæ placitis, p. 36-47.

(67) Idem, de Protagoræ placitis, p. 86-109.

(68) De Protagora Sext. Empir., Adv. Mathem. IX, p. 564-565, ed. Fabr.: ὁ δὲ Πρωταγόρας ῥητῶς που γράψας, περὶ Θεῶν, οὔτε εἰ εἰσὶν, οὐθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων, διαφυγὼν, καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας, ἀπέθανε. Μέμνηται δὲ ταύτης τῆς ἱστορίας καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων ταῦτα διεξερχόμενος·

. . . . ὡς καὶ μετέπειτα σοφιστῶν
Οὔτ' ὀλιγυγλώσσῳ, οὔτ' ἀσκόπῳ, οὔτ' ἀκυλίστῳ
Πρωταγόρῃ· ἔθελον δὲ τέφρην σὺν γράμματα θεῖναι,
Ὅττι Θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι, οὔτε δύνασθαι,
Ὁπποῖοί τινες εἰσὶ καὶ οἵτινες ἀθρήσασθαι
Πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὰ μὲν οὔ οἱ
Χραίσμησ'· ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο, ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν πότον αἶδι δύῃ.

Sophistas credidisse esse Deos (69). Hæc et talia tradentes (70) utebantur subtili dialectica et iis in dicendo lenociniis, quæ juvenum mentes inescarent. Hoc vere publicum malum quum ingravesceret, omninmque ex animo Justi Verique cognitionem penitus excissurum videretur; exstiterunt Socrates et Plato, sanioris philosophiæ auctores et assertores, per quos non ita multò post factum est, ut sophistæ, detractis pigmentis quibus inanes suas speculationes exornabant, procul rejicerentur. Quis unquam susceptum opus feliciori ingenio tractavit, optatumque perduxit ad exitum? Plato nunc Protagoram disputationibus suis omnia temere permiscentem, in eas angustias adducit, ut non scientiæ artifex, sed nugarum effictor esse videatur; quippe qui verba adhibeat nullam utilitatem afferentia ad vitam bene instituendam (71); nunc in lucem evocat sophistas, impuros tamquam caupones, qui, dum se discendæ virtutis magistros profiterentur, quæstui serviebant (72); eosdemque suis laqueis intricat, adeo ut eorum ineptiæ per se concidant et evanescant (73): modo ad Rhetoricen

(69) Cf. Geel., de Prodici philosophia, p. 132-150.

(70) Cum Geel. de Sophistis disputante, Cf. Hermann Koller: Die griechischen Sophisten, zu Sokrates und Plato's Zeit, und ihr Einfluss auf Beredsamkeit und Philosophie, Stuttgart, 1832, in 8°.

(71) Cf. Protagor., Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 277-311; 345 sqq.

(72) Cf. Euthydem., ibid. t. IV, p. 99-102; 175-179.

(73) Cf. Hipp. min., ibid. t. III, p. 9-14.

accedens commenta sophistarum profligat, manifestumque facit quantum hac arte abuterentur, qui specioso titulo fucum facerent populo (74); modo tradens artem orationis bene constituendæ, docet multum interesse oratoris noscere rei genus et speciem; eam definiendo explicare atque in partes tribuere; consequentia cernere et repugnantia, distinguere ambigua, quid cujusque ingenio sit congruum aucupari; orationem apte disponere et exornare, eaque omnia exercitatione et studio assequi (75).

Aristoteles cum sophistis gessit inimicitias quas a Platone, magistro suo, acceperat; sed longe aliam dicendi docendique viam ingressus est. Plato enim, ut erat natura propensior ad jocos, sophistas facetiis lacessivit; Aristoteles, argumenta premens, nihil ex rugis cavillando remisit. Apud Platonem est dicendi genus plerumque purum, floribus distinctum, ex quo manat, tamquam ex horto, aura suavissima, violisque odorata (76); Aristoteles dicendi ornatum negligit, in eo totus ut rem demonstret. Sophistas, quum pæne jacerent, novis ferit vul-

(74) Cf. Platon., Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 138-167.

(75) Cf. Eumdem, Phædr. ibid. t. I, p. 196-197.

(76) Dionys. Halic. Epist. ad Pompeium, II : ὅταν μὲν οὖν τὴν ἰσχνὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἀποίητον ἐπιτηδεύῃ φράσιν, ἐκτόπως ἡδεῖά ἐστι καὶ φιλάνθρωπος. Καθαρά τε γὰρ ἀποχρώντως γίνεται καὶ διαυγὴς, ὥσπερ τὰ διαφανέστατα τῶν ναμάτων.... χλοερόν τέ τι καὶ τεθηλὸς καὶ μεστὸν ὥρας ἄνθος ἀναδίδωσι· καὶ ὥσπερ ἀπὸ τῶν εὐωδεστάτων λειμώνων αὖρά τις ἡδεῖα ἐξ αὐτῆς φέρεται.

neribus ; eorum syllogismos fallaces esse ostendens, sophismataque solvendi rationem tradens (77). Id in primis sibi proponit, ut omnibus sit persuasum, neminem sine philosophia posse effici eloquentem. Quod ut pervincat, ea quæ sunt extra rem tractare dicit illos qui præcepta scribunt de procemio, de narratione, etc. (78); oratorisque munus nihil aliud esse contendit, nisi ut doceat rem esse, vel non esse, vel factam, vel non factam (79). Quum autem parum sit orationem aptam esse ad fidem faciendam, multumque conferat oratorem apud audientes fide dignum haberi, audientes erga oratorem bene affici, eadem enim non videntur amantibus et odio flagrantibus, irascentibus et leniter se habentibus (80); diligenter statuit Aristoteles oratori cognoscendos esse animi affectus, quos ita ipse perscrutatur (81), ut humanæ mentis penitissimos recessus et latebras nemo unquam majori sagacitate rimatus sit. Neque illa omittit quibus orator vir probus

(77) Cf. Arisiot., Sophist. Elench. Cap. I-IX ; ibid. Cap. XVI-XX.

(78) Arisiot. Rhet. I, 1 : φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος τεχνολογοῦσιν, ὅσοι τἄλλα διορίζουσιν, οἷον τί δεῖ τὸ προοίμιον, ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων.

(79) Idem, ibid. : ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα, ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ γέγονεν ἢ οὐ γέγονεν.

(80) Idem, ibid. II, 1 : οὐ γὰρ ταὐτὰ φαίνεται φιλοῦσι καὶ μισοῦσιν· οὐδ' ὀργιζομένοις καὶ πράως ἔχουσιν· ἀλλ' ἢ τὸ παράπαν ἕτερα, ἢ κατὰ μέγεθος ἕτερα, κτλ.

(81) Ibidem, II, 2-11.

videbitur (82). Quod si argumentum in quo versatur eum cogit sive de elocutione, sive de orationis partibus præcepta dare, talia tamquam invitus et fastidiose tangit (83).

Rhetorica igitur, florente Aristotele, manibus sophistarum erepta, exutisque nugis, philosophicam formam induit; eamdem habitura apud omnem Stagiritæ familiam; donec, varia commutabilique rerum humanarum ratione, ad rhetores iterum abiret.

§ III. De Rhetorica ad Aristotele usque ad excidium Corinthi.

Athenis eloquentiam cum libertate concidisse et apud exteras gentes peregrinatam fuisse vidimus. Hinc Asiani oratores, hinc Rhodii, Atticorum similiores (84). Dum in Asia et apud insularum cives revirescebat eloquentia, Alexandriæ nata est Philologia cui Pergameni quoque sese

(82) Aristot., Rhet., III, 1 : ἢ γὰρ τῷ αὐτοί τι πεπονθέναι οἱ κρίνοντες, ἢ τῷ ποιούς τινας ὑπολαμβάνειν τοὺς λέγοντας, ἢ τῷ ἀποδεδεῖχθαι, πείθονται πάντες.

(83) Ibid. : καὶ τὸ περὶ τὴν λέξιν ὀψὲ προῆλθε (subintell. τέχνη)· καὶ δοκεῖ φορτικὸν εἶναι, καλῶς ὑπολαμβανόμενον. Ἀλλ' ὅλης οὔσης πρὸς δόξαν τῆς πραγματείας τῆς περὶ τὴν ῥητορικὴν, οὐκ ὀρθῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου τὴν ἐπιμέλειαν ποιητέον. Ibid. 13, *De Orationis partibus* : Νῦν δὲ διαιροῦσι γελοίως . . . . ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, κτλ.

(84) Cic. Brut., XIII.

dederunt. Quamquam verisimile est Rhetoricam a Rhodiis non fuisse neglectam, nihil tamen ex eorum doctrina, quod sciam, superest. Alexandrini autem et Pergameni omissa, ut ita dicam, Rhetorica, Grammaticæ præcipue incubuerunt; adeo ut, deficientibus Rhetoribus, apud philosophos quærenda sit Rhetorica; in quam, sive explicandam, Peripateticos et Stoicos, sive impugnandam, Academicos et Epicureos, studium contulisse pro certo habemus.

1° *De Rhetorica apud Peripateticos.*

Inter Aristotelis discipulos, de Rhetorica scripserunt Ponticus Heraclides et Theophrastus (85). Heraclidis liber *De Oratoris officio* ex Diogenis Laertii testimonio novimus (86); Theophrastum vero quem copiosissima doctrina (87) Aristotele, magistro suo, dignum effecit, in Rhetorica

(85) Nihil reperi unde colligerem Eudemum, Phaniam (alii : Phæniam, cf. Menag. in Diog. Laert. p. 201, ed. Meibom.), Aristoxenum, Dicæarchum Rhetoricam attigisse.

(86) Diog. Laert. V, 88: ῥητορικὰ δέ· Περὶ τοῦ ῥητορεύειν, ἢ Πρωταγόρας.

(87) Cic. Tuscul. III, 28 : « Theophrastus antem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset : quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur se tum, quum illa videre cœpisset, exstingui. »

collocasse curam multa confirmant; sed ea quæ de hac arte reliquerat (88) interierunt, paucis exceptis fragmentis de Elocutione (89), de argumentorum partitione (90), de laude ac vituperatione (91).

(88) Diog. Laert. V, 46 : περὶ τῶν ἀτεχνῶν πίστεων. Ibid. 47 : περὶ ἐνθυμημάτων, — περὶ εὑρημάτων, — περὶ λέξεως, — παραγγέλματα ῥητορικῆς. Ibid. 48 : προοιμίων, — περὶ τέχνης ῥητορικῆς, — περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν, εἴδη, — περὶ ὑποκρίσεως. Ibid. 50 : περὶ δικανικῶν λόγων, α'.

(89) Dionys. Halic. De Compos. verbor. XVI, p. 212, ed. Schæf. : εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον ἐν τοῖς περὶ Λέξεως, ἔνθα ὁρίζει, τίνα ὀνόματα φύσει καλὰ, παραδείγματος ἕνεκα, ὧν συντιθεμένων, καλὴν οἴεται καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν, καὶ αὖθις ἕτερα μικρὰ καὶ ταπεινὰ, ἐξ ὧν οὔτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν, οὔτε λόγον. Idem, in Lysia, XIII : ἐν γοῦν τοῖς περὶ Λέξεως γραφεῖσι, τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται (subintell. Θεόφραστος) τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλησία τούτοις σχήματα διεσπουδακότων...... Κωλύσει δ' οὐδὲν ἴσως καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου. Ἔστι δὲ ἥδε· « Ἀντίθεσις δ' ἐστὶ τριττῶς, ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία, ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ, ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία (rectius Markland : τὰ ἐναντία) προκατηγορηθείη. Τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον, παιδιῶδες καθαπερεὶ ποίημα· διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ. Φαίνεται γὰρ ἀπρεπὲς σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι, τοῖς ὀνόμασι παίζειν, καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν. Ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατήν. Idem, in Isocr. III : καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τε ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας, καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων, κτλ.

Demetrius, De Elocutione, ed. Schneider, XLI : διόπερ Θεόφραστος παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον· « τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων. » Idem, CXIV : ὁρίζεται δὲ τὸ ψυχρὸν Θεόφραστος οὕτω· ψυχρόν ἐστι τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν, οἷον· « ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ »,

Phalereus Demetrius, quum patria pulsus esset, Alexandriam se contulit, ubi dolorem suum doctrinæ studiis levavit multaque ita scripsit (92), ut Theophrasti discipulus posset agnosci (93). Librorum multitudine peripateticos omnes superavit (94), dictusque est grammatico-

(de quo Hesychius: ἀπυνδάκωτος· ἀπύθμενος, Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ), ἀντὶ τοῦ· ἀπύθμενος ἐπὶ τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται. Idem, CLXXIII: ὡρίσατο δ' αὐτὰ Θεόφραστος οὕτως· κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν, ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ, ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον. Idem, CCXXII: ἐν τούτοις τε οὖν τὸ πιθανὸν, καὶ ἐν ᾧ Θεόφραστός φησιν, ὅτι οὐ πάντα ἐπ' ἀκριβείας δεῖ μακρηγορεῖν, ἀλλ' ἔνια καταλιπεῖν καὶ τῷ ἀκροατῇ συνιέναι, καὶ λογίζεσθαι ἐξ αὐτοῦ. Cf. Cic. De Orat. I, 10; III, 48; Orat., XXIV; LI; LVII; LXIV; Quinctil., IX, 4. Theophrasti fragmentum de Actione, vide in Philodem. Rhetor., n° 1007, not. Col. XIII.

(90) Cic. De Inv. I, 35: «Nobis autem commodior illa partitio videtur esse, quæ in quinque partes distributa est, quam omnes ab Aristotele et Theophrasto profecti maxime secuti sunt. Nam quemadmodum illud superius genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime Socrates et Socratici tractaverunt; sic hoc, quod per ratiocinationem expolitur, summe est ab Aristotele, atque a peripateticis et Theophrasto frequentatum.»

(91) Quinctil. III, 7: «Potissimum incipiam ab ea, quæ constat laude ac vituperatione. Quod genus videtur Aristoteles, atque eum secutus Theophrastus, a parte negotiali, hoc est πραγματικῇ, removisse, totamque ad solos auditores relegasse.»

(92) Cic. De Finib. V, 19.

(93) Cic. De Offic. I, 1.

(94) Diog. Laert. V, 80. Suidas: γέγραφε φιλόσοφά τε καὶ ἱστορικὰ καὶ ῥητορικὰ καὶ πολιτικὰ καὶ περὶ ποιητῶν.

rum peritissimus (95). Magistri sui exemplo, scripsit de Rhetorica (96).

Strato Lampsacenus, qui in locum Theophrasti venit, natura fuerat ad eloquentiam optime compositus (97); physicis autem rebus animum applicuit. Huic successit Lyco, non minus valens eloquentia (98); neque dubium est quin scripserit quædam, etsi multum erat in scribendo sui dissimilis (99). Graves ei simultates intercesserunt cum Hieronymo, ejusdem sectæ philosopho (100), qui de poetis (101) et oratoribus

(95) Tertullian. Apologet. § XVIII.

(96) Diog. Laert. l. l., 80-81 : τὰ δὲ, ῥητορικά· δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβειῶν· ἀλλὰ μὴν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαί... περὶ ῥητορικῆς, α', β'. Πρεσβευτικὸς, α'. Περὶ πίστεως, α'. Περὶ χρειῶν, α'. De Demosthene illum scripsisse innuit Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Dem., LIII: καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς, καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος, οἷς κράτιστα (in marg. cod. Bodl. ὡς κράτιστα) ἕξειν ἔμελλεν, οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο· καίτοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος, ὡς Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. Vix est quod moneam librum περὶ τῆς Ἑρμηνείας Phalereo esse abjudicandum. Cf. Schneider., præfat.; Westermann. l. l., p. 218-221 et not. 14-17.

(97) Diog. Laert. V, 58.

ἄλλων ΟΥ̓Κ ἈΝΟΙΚΕίως ταῦ-
τα δρώντων, ὉμΟΛογοῦ-
μέν ΓΕ· ἀλλ' οΥ̓ μἨΝ ΤΗ͂ Ῥη-

tos rursus idem Sophista induxit, atque Philonem architectum apud populum de armamentario concionem habentem. Diis autem volentibus, neque rhetoricis exercitationibus vim addentes in harum exercitationum studio vitam triverunt; neque assuefacti sunt cuicumque rei disceptandæ, atque per tales exercitationes non male peragendæ, aut ad bonum exitum perducendæ quam celerrime. Nemini vero Nostrorum tanta facultas concessa fuit.

CAP. II. De Actione.

¶ In Artibus autem suis quidam Athenienses Actionem maximi æstimarunt. Si quis eam possideat, gravior ipse judicatur: id quoque hunc pervincere, ut audiens circa rem unam magis detineatur, omniaque intelligat atque memoria teneat, vehementerque commoveatur, aliis convenienter hæc peragentibus, profitemur quidem; attamen non ad Rhe-

τορικῇ τΟΫτο πρΟΣΉΚΕΙ τάΓΤειν, μᾶλλον ἢ τῊ δΙαλεκτικῇ καὶ τῇ γραμματικῇ, μΑθεῖν ἄν τις ἐπιΘυμΗ ΤέΧΝΗΝ καὶ ἈΡΕΤῊΝ ΤΗ͂Σ ὑΠοΚΡΙΤΙΚῆς, ἣΝ δΫνατΉΝ Πως ἐΠΟΊΗΣΆΝ ΤΙΝες. καὶ τρίτοΝ, ἐν ῥΗΤΟΡΙΚῇ μὴ ΟΫ͂ΣΑΝ, καὶ νὴ ΔΊΑ μένΤΟΙ, καιΝὴν ἐν ΚΩΜῳδίᾳ, κΑῚ ΤΡΑΓῳδίᾳ, καὶ μΊμοις, καὶ τοῖΣ ἀναλόγοις, ὑπόκρισιν ΫΠΟΤιθΈασιν τῇ ῥητορικῆ. μακαρΊζομεν αὐτοὺς τῆς Συνέσεως· εἰ δὲ τοὺΣ ΤᾺ κοινὰ διατιθεμένΟΥΣ Καὶ προσδεῖΝ τοῦ σΥΝΙΈναι τῆΣ ΫΦ' αὐτῶν διδασκαλίας νομίζουσιν, Ἐπιζητοῦμεν τί δήποτε καΤεγΝωκΌΤες ἡμῶΝ, ΤὴΝ ἐν τοῖς ἡμετέρΟις Γε οὖσαν ὑπόκρισιν ΑΫΤοῖΣ ἈπονΈμουσιΝ· ἔτι δὲ μᾶΛΛον, ἐκ τίνος ἀντιποιοῦνΤΑΙ τῆς κοινῆς ὑποκρίσεως, τῶΝ ΟΫδὲν ΚΑΘΉκόν τι προφερΟμένων ἐπιστήμΟΝΕΣ; ΤέΧΝας τ' οὐ-

toricam magis pertinet de ea præcepta componere, quam ad Dialecticam vel ad Grammaticam; si quis discere voluerit artem et virtutem Actionis quam potentem effecerunt nonnulli. Eam, quum in Rhetorica non existeret; immo, per Jovem, quum in comœdia, in tragœdia, in mimis atque in aliis huiusmodi recens esset, tertias in Rhetorica obtinere constituunt. Quibus sagacitatem suam gratulamur: sin arbitrantur illis qui communia exponunt etiam opus esse, ut disciplina quam ipsi tradunt imbuantur; quærimus quid crimini vertentes nobis Actionem, quæ e nostris disciplinis profecto pendet, sibi vindicant; immo potius, cur sibi tribuant Actionem eam quæ omnibus communis est; etsi earum rerum sunt periti quæ nihil quod quodam modo conveniat præ se ferunt? Horum autem Artes ne

κ ἂν ἀπαίδευτος ἀΞΙΟῖ ΕΫΡιΣ-
κομέναΣ διὰ τοΫ ὑπόΚΡιΣΙΝ
Προσηκόντως τοῖς πρά-
Γμασιν διατιθεμένου · ἸΔΌΝΤ-
ΕΣ Γὰρ ἀΚΑΊΡΩΣ χανόντας
ἐν ἀρχῇ, Ἢ τòΝ ΤΌνον ἐΠΆΡΑΝΤΑΣ,
νοΉΜατα ῥέΟΝΤΑ ἘΚΦΈΡΕΙΝ,
ἐΝ ΤΟῖς ῥητορικοῖς ὑπο-
κρίσεως ἀνΤιποιοῦνται.
μαΚρᾺΝ μἘν ΤΟΫΤ' ἘΣτιν τῶΝ
σΫνΙΈΝΤΩΝ ΑΫΤῆΣ ΤἩν δύνα-
μΙν · ἐπεΙΔΆΝ τις κΑἸ τῆς φΙ-
λοσΟφίας βελτίω καὶ κα-
ΤᾺ Τοῦτ' ἐμφανίζῃ τὸ ΤΟ-
ιοΫτοις ἴδιον ἜξοχΑ, τὈ
ΟΫδὲν ὑποκρΙνεσθαι Ποιεῖν
ἘΤΕρον. Καὶ ΤὈ τοὺς ἄλλους ΠοιΕἸΝ
ΤΟΎτων φάσΚΕΙΝ μόΝΩν, ἐσ-
τὶν ἐΝδεχόμεΝΟΝ τὴν
ὑπὸ τΟῦ θέλοντοΣ ἀντι-
στροφήν. κἂν εἴπΩσιν ὅ-
τι μόνοι τέχνας Ύπὲρ αΫ-
τῆς παρέδοΣαν, ΣΚιομα-
χήσουσι · καὶ Τῶν ποιητῶν,
οὐχ ὅτι τῶΝ ἄλλων ὑπο-

ignarus quidem existimaret fuisse inventas per eum qui Actionem suam convenienter rebus accommodat; nam quum oratores viderunt qui intempestive, statim ab initio, hiantes vel intendentes vocem, profluentes expromunt sententias; in Rhetorica Actionem sibi vindicant. Multum hoc distat ab iis qui Actionis vim comprehendunt; quandoquidem hanc aliquis ipsa philosophia potentiorem esse ostenderet, vel per id quod viris Actione præcellentibus est summum in modum peculiare; nimirum, nihil aliud esse quod cæteros Actione valentes efficiat. Quod si quis dixerit cæteros Actionis peritos præstare sophistarum esse proprium, argumentum in eum retorquere quilibet poterit. Sin contendunt se solos de illa dedisse præcepta, inaniter pugnabunt; poetis ipsis, non tantummodo cæteris, Ac-

κρίνεσθΑΙ ΔΙδασκόΝτων, καὶ τῶν λογικῶΝ ἁπάΝΤων, κἂν μὴ συΓΓράφωΣιν· διὰ τὸ βαιὰς εἶναι τὰς θεματικὰς Παρατηρήσεις ἈπΌ Γε τῆς ΑἸΣθήσεως, ὑπῸ ΤΩ͂Ν ΔΙΑΣΑφοΫν-ΤΩΝ οἵας δεῖ ποΙΉΣΑΣθαι ΤἈς ΔΙαθέσειΣ, ΚΑῚ ὍΠΩΣ Πολλὰ δεῖ τῶν παθῶν αὐτῶν δΕΙΝΌΤΕρα σχηματίζειΝ καὶ ΤῸ ΣΧΗ͂Μα, καὶ τῊΝ φωνΉΝ, ΚΑῚ Τἆλλα ΛΈγοντΟς. ἔΝ-θεΝ ΓᾺΡ τοὺς ἰδιώτας, καὶ τΟΎς βαρβάρους, εἰ μὴ καὶ τἆλλα ζῶα, τοῖς πάθεσιΝ ἀ-κΟλούθους τὰς μεταβο-λὰς ἔχοντας θΕωροῦμεν. τινὰ δ' ὧν παραΓγέλλου-σιν οὗτοι καὶ φυσικῆς εὐ-χΑιΡΊας δεῖται, κΑθάπερ εὐμέλεΙα φωνῆς καὶ με-γέθη, καὶ τόνοι, καὶ πνεῦ-μα, καὶ προσώπου, καὶ Χει-ρῶν, καὶ τοῦ λοιποῦ σώμα-τος ἀξίωμά τε καὶ ῥυθμοί, καὶ τόλμα, καὶ τοιαῦτ' ἄλ-

tionem docentibus, necnon et iis omnibus qui eloquentia pollent; etsi nihil scribunt: paucæ enim sunt originales observationes e sensibus deductæ ab illis qui explicant qua ratione habitus corporis disponere deceat, et quomodo multos affectus solito vehementiores effingere oporteat dicentis habitum, vocem, aliaque. Per hæc enim, apud indoctos et barbaros, immo apud cætera animalia, pro variis affectibus, varias commutationes fieri videmus. Quædam autem ex iis quæ sophistæ præcipiunt naturæ commodis egent: qualia sunt apta modulatio magnitudoque vocis, ejusdem intentiones; latera; vultus, manuum, totiusque corporis dignitas atque modi; fiducia, similiaque a-

λα· διὸ καὶ τὸν ἰσοκΡάτην Εἰκότως φασὶ τῆς πολειτΕίας ἀποστῆναι. νὴ Δί' ἀλλὰ δημοσθένης καὶ πρῶτον ἔλεγε καὶ δεύτερον καὶ τρίτον εἶναι τὴν ὑπόκρισιν ἐν τῆ ῬΗΤΟρικῆ. κάλλιπΠΟΣ ἰσΟΚΡΑΤΟΥΣ καὶ νικόστρατος ἜφησΑΝ τὸ πᾶν ἐν τραΓῳδίᾳ· λύκων δ' ἐν κωμῳδίΑ· καὶ οΫ διὰ τοῦτο τῆς κοινῆΣ ἅπαΝΤΑ ΤἈΓΑΘΑ αὙΤῊΝ ἔχειν ἊΝ τις ΛΈΞΕΙεΝ. ἈΘλίως μέντοι Κατὰ ΠΑ͂Ν ὁμΟίως ἔλεγεν, ὅτι τὸ πάΝΤΩΣ συνεργοῦν καὶ μεθοδΕΥόμενον, ἐν τοῖς ἰδίοις Ἐφ' ἑκάστων πολὺ μεῖοΝ, ἐν τῇ ῥητορικῇ δρᾶ μᾶλλον ἢ ταῖς ἄλλαις πεζολοΓίαις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτΟ κΕΝΌΝ. Καὶ τὴΝ ἘΝ τοῖς ΔεινοΤΆτοις οὖΣι φωνὴν ἘΚείΝΟΥ Αἰσχίνης ὀνειδίζει ποΤΈ Γ' εἶΝΑΙ ΠΙκράν· παρὰ δὲ ΤΩ͂ Φαληρεῖ λέγεται ΤΟΥ͂Το, ποΙκίλον μὲν αὐτὸν ὑποΚρ-

lia; quapropter Isocratem merito ferunt a Politica sese amovisse. Atenim Demosthenes dicebat primas, secundas, tertiasque tenere Actionem in Rhetorica. Callippus, Isocratis discipulus, atque Nicostratus asseruerunt eamdem in tragœdia, Lycon vero in comœdia, præcipui momenti esse; non ideo omnia communis Actionis commoda huic inesse quisquam dixerit. Attamen inepte prorsus Demosthenes quodam modo dicebat id quod in quacumque re valde adjuvat, methodiceque tractatur, quum sit in peculiaribus rebus ad singula multo minus valens, in Rhetorica magis valere quam in cæteris soluta oratione scriptis; quod quidem est et ipsum inane. Atqui in iis quæ vere vehementissima sunt vocem illius nonnunquam asperam esse exprobrat Æschines; sed a Demetrio Phalereo dicitur Demosthenem polluisse Actio-

ιτὴν γεγονέναι καὶ περιττὸν,
οὐχ ἁπλοῦν δὲ, οὐδὲ κατὰ τὸν
γενναῖον τρόπον, ἀλλ' ἐς τὸ
μαλακώΤΕρον καὶ ταπεινό-
τερον ὙποκΡίνοντα. οἱ
δ' οὖν πολλοὶ τῶν σοφιΣΤΩΝ
ἐοίκασιΝ, ΩΣ ΕἸ ζῶα γεγράφα-
σιν ἀθλίως, ὑποκεκρίσΘαι·
πονηρῸν γὰρ ἐΝ ὑπόκΡΙΣΕ-
σιν αἱ ΜΑκραὶ πΕΡίοδοι· κα-
θάπερ καὶ παρὰ ΔΗμητρί-
ῳ κΕῖται περὶ τῶΝ Ἰσοκρά-
τους. ἱερώνΥΜΟς δέ φη-
σιν ἀναγνῶναΙ Μὲν αὐ-
τοῦ τοὺς λόγουΣ ΚΆΛΛΙΣΤΑ
δυνήσΕσθαί τιΝΑ· δΗΜΗ-
γοΡῆσαι δὲ, τήν τε φΩνὴν
καὶ τὸν τόνον ἐπαίρον-
τα, καὶ ἐν ταύτῃ τῇ κατΑ-
σκευΗ̃, ΜΕΤΆ τῆς ἁρμοττοΎ-
σης ὑποκρίσεως εἰπεῖν,
οὐ παντελῶς. τὸ γὰρ μέ-
ΓΙστον καὶ κινητικώ-
τατον παρΑΙΤεῖσθαι τῶν
ὄχλων· ἄψυχον γὰρ αὐτοῦ,
ἰσχίαν, Οὐ ΠαΘΗΤΙΚῊν εἶναι

ne varia atque excellenti, non simplici; neque ad nobilia tantummodo, sed etiam ad molliora et humiliora eum suam Actionem accommodasse. Plerique autem sophistarum Actione usi esse videntur, quasi figuras inepte pinxerint; pravæ enim sunt in Actionibus longæ periodi, id quod etiam reperias apud Demetrium de Isocratis periodis. Hieronymus dicit quempiam hujus orationes legere quidem optime posse; sed in concione, altiori et contentiori voce, adjuncta huic orationis structuræ Actione convenienti, nequaquam eas pronuntiari posse. Quod enim maxime valet, movendisque vulgi affectibus est aptissimum illum a se procul amovere; quippe cujus dictio vigore careat, semperque sit æquabilis, nequaquam vehemens,

τὴν λέξIν, καὶ οἶΟν ἐΝ πρᾶΓΜα
τὸν ΤΌνον πεποιημένην· τὸ Δὲ
κεκλασμένον καὶ παντο-
δΑΠῸν, καὶ ἐπιτάσει τε καὶ
ἀνέσει, καὶ ταῖς παθητικαῖς
ἈΠΟθἘΣεσιν διειΛΗΜμέ-
νον ἀποΒεβληκένΑΙ· Τῌ̣ Δὲ
λειότητι διὰ ΤΟΫ παντῸΣ
δουλεύειν. τ̣οιγαΡΟῦν ΑὐΤῊΝ
ἀνάγνωστον μὲν ε̣ἶναι Τῆς
φωνῊΣ ὑφειμένης, ἐπαΡ-
θείσης δὲ μῊ Ἄπαν· ταῖς ΚΑ-
ΤΑΣΚΕΥΑῖς καΤΕΝειλοῦσαν τῸΝ
λέγοντα, καὶ τὴν ὑπόκρι-
σιν ἀφαιρούΜενοΝ. καὶ σχε-
δὸν ἐναντΊΟΝ πάντη τῶν πΟ-
λιτικῶν ΤΌνδε πολΙτευ-
όμενον, ἐπῚ τὰ πΟΙΟΫντα
πολιτικὴν, ΠΡΟΣΈΤι καὶ δημη-
Γορικὴν, καΤΑκεχ̣ύσθαι ΤῊΝ
λέξιν, καὶ μὴ Τὴν ἐπιδί-
φ̣ριον καὶ καταψιθυρίζου-
σαν· τὸν λόγον ὅμοιον
γοῦΝ εἶναι τῷ δασὺ καὶ
μέγα περιθέμενον πρό-
σωποΝ παιδίου φωνὴν ἀ-
ΦιέΝΑΙ. ΦΗΣῚ ΚΑῚ ΤΟΫτο, τοῖς ἐλ-

atque, quod ad tonum adtinet, quasi una et eadem res ageretur, informata: dicendi enim genus perfractum, omni de re conflatum, vocis intentione ac remissione, ejusdemque patheticis depositionibus distinctum rejecisse Isocratem; ut qui lenitati ubique inserviret. Quam ob rem orationes ab hoc scriptas legi posse voce summissa, aut non elata prorsus; quamquam artificiosa tractatione per omnia versent eum qui illas publice dicit, vel Actione sublata. Præterea tradit oratorem illum, quamvis e regione politicarum rerum semper steterit, disseruisse de Politica, effusumque fuisse in ea quæ efficiunt elocutionem politicis et deliberativis rebus convenientem, non effeminatam atque insusurrantem; eloquentiam igitur ejus ita se habere, perinde ac si quis, villosa et magna persona capiti suo imposita, pueruli vocem emittat. Id quoque dicit, Isocratem Græ-

λησιν συμβουλεύοντα, καὶ πλάσμα, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν δημηγόρου περιβαλλόμενον, ἐπαίρειν ὡς τοῦ παιδὸς φωνὴν αΫτὸΝ, ΚΑῚ ΚΕΚραΓέναι, μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήθ' ὑπόκριΣΙν δυναμένουΣ φέρειν τοὺς ἘΚείνΟΥ ΛΌΓΟΥΣ· οὔτ' αὐτὸ μόνον ΠρᾸΓΜΑ ἐνέχοντας, ἀλλὰ καὶ ΝΟΫν ἐκείνου, ποτἘ μἘν ἐψιλωμένως, τὰ πολλὰ ΔἘ ῥύδην καὶ τόνῳ κεκλιμένῳ, ἢ καὶ διωργισμένως ἐκφέροντας· ὅΤαν δ' ἦθος ἐμφαίνειν θέλωσι, κΟιλοφώνως Καὶ πεπλασμένως λαρυγγίζοντας. ἀλλὰ δὴ τὰ μὲν περὶ τῆς Ὑποκρίσεως παραγγέλματα πΡώην τισὶν ἐφλυαρήθη. θαυμαστῶς δὲ καὶ τῶν ἡρώων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ὑπεΚρίΝοντο πολλΟὶ, καθάπερ ἐστὶν λαβεῖν τὰ ΜἘΝ ἌΛΛΑ ΠΑρὰ ποιητῶν,

cis consilia dantem, orationis conformationem, cæteraque artificia quæ concionatori sunt propria sibi assumentem, tamquam puerum vocem extollere, atque crocitare; orationes autem ejus neque contentionem, neque concitatos affectus, neque Actionem admittere posse; neque id solum in se habere, sed etiam sententiam ejus nonnunquam nude, plerumque tamen fragose, vocisque intentione summissa, atque etiam irate exprimere; quum vero mites affectus repræsentare student, voce velut in recessu obscurata, diductoque gutture artificiose, eas clamitare. Alioquin, præcepta de Actione apud quosdam non ita pridem in nugas abierunt. Mirum autem in modum Heroes et illi qui heroas secuti sunt Actioni curam dederunt, id quod colligi potest, partim e poetis,

τὰ δὲ καὶ παρ' ἱστορικῶν, καὶ ἘΞ ὧν αὐτοὶ γραπτῶν καταλελοίπασιν. οἱ δὲ τεχνογράφοι καὶ φανερὸν καθίστασιν τὸ κατ' ἀλήθειαν μὲν ὑπάρχον, ἐπικρυπτόμενον δ' ὑπὸ τῶν πολιτικῶν, ὅτι τοῦ φανῆναι σεμνοὶ καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ, μάλιστα δὲ τοῦ πλΑΝῆσαι τοὺς ἀκούΟνταΣ, ἔτι δÈ τοῦ δεινῶσαι, μεθοδεύουσι τὰς ὑποκρίσεις· ὧν οὐδενὸς ὁ τῶν ἄλλων τεχνίτης, οὐχ ὅτι τῶν κατὰ ΤΗΝ φιλοσοφίαν, προσδεῖται. διὸ καὶ τῶν πρός τι τὴν ἐπιτετευγμένην ὑπόκρισιν εἶναί τις λέγων οὐκ ἂν διαμαρτάνοι. ῥήτορι μὲΝ Γὰρ ἡ τοιαύτη, τάχα δὲ καὶ τῷ πολιτικῷ, καὶ τῷ σοφιστῇ διαφόρωΣ πρᾶΞΙΣ προσήκει, φιλοσόφῳ δ' ἑτέρα· τοῖς δ' ἀπ' ἄλλων μαθημάτων ἄλλΗ· καὶ νέῳ, ΚΑῚ ἈΚμΑΊῳ,

partim ex historicis, atque ex iis quæ illi litteris mandata reliquerunt. Artium autem magistri aperte statuunt, id quod verum est, sed occultatur a viris politicis; nimirum se, ita ut graves et optimi habeantur, præsertimque ut in errorem audientes adducant atque res amplificent, adhibita methodo, Actionis præcepta instituere: quibus artificiis nequaquam eget ille qui cæterarum disciplinarum est peritus, nedum id intelligendum sit tantummodo de eo qui in rebus ad philosophiam pertinentibus versatur. Itaque si quis dixerit Actionem, omnibus suis numeris absolutam, collocandam esse inter illa quæ ad aliquid referenda sunt, is non errabit. Rhetori enim, forsitanque politico viro atque sophistæ, non eodem modo Actio tractanda est: alia philosopho convenit, alia iis qui in aliis disciplinis versati fuerunt; diversa est quoque juveni, viro ævi integro,

καὶ γέροντΙ ΠαραλλάττουσΑ, καὶ γυναικὶ δηλονότι· μᾶλλον δὲ, καὶ κατὰ τοΥ'τους ἑτέΡα πρέπει· παρ' ἄλλοις γὰρ ἄλλη διαχωρεῖ καὶ καταγελᾶται. προσειληφθῶ δ' ὅτι καὶ τΑ πλείω τῶν παραΓγελμάτων παιδαγωγοῖς ἔοικεν· οἱ δὲ τὴν τέχνην καὶ διὰ τούτων ὑπολαμβάνουσι μεγαλύνειν· ἀλλὰ μὴν οἱ μὲν τῶν σοφιστΩν τὰς κοινὰς φρένας ἔχοντες οὐ περὶ τῶν ἐν παντὶ προβλήματι προοιμίων, καὶ διΗγήσεων, καὶ πίστεων, καὶ ὑπεξαιρέσεων, καὶ ἐπιλόγων ἑαυτοῖς οἴονται προσήκειν· ἀλλὰ τῶν ἐν τῷ πΟΛΙΤΙΚῷ τόδε τῶν παχυτέρΩν πλῆθος, ὡς μόνοις ταῦτ' ἐκπονεῖται λέγει. διείληφε δὲ οὔτ' εἰ μόνα τὰ πολιτικὰ διὰ τούτων φησὶν προβαίνειν τῶν μερῶν, οὔτ' εἰ

seni, mulieri : immo iis singulis, pro cujusque conditione consentanea est Actio dissimilis; apud alios enim alia in usu est, aut exploditur.

CAP. III. Inania sophistarum præcepta de Orationis partibus et argumentis.

¶ Hoc præterea additum esto, pleraque præcepta pædagogicis haud absimilia esse; sophistæ autem artem suam per hæc amplificare arbitrantur; at vero qui inter eos communem sortiti sunt prudentiam, ii non in omni quæstione de exordiis, narrationibus, argumentis, exceptionibus, perorationibus verba facere conveniens sibi esse existimant; sed stolida turba illa, quæ in politicis rebus versatur, a se tantummodo talia tractari prædicat. Nequaquam distinguit utrum politicas quæstiones solas, an quascumque alias processus per has orationis partes habere dixe-

πάντα μέν· (μόνοι δ' αὐτοὶ τὰς εἰς πάνΤ' ἐναρμοτΤούσας μεθόδους ὑπογράφουσιν)· οὔτ' εἰ μόνΟι περὶ τῶν ἰδίων, ἢ μάλιστΑ ΠάΝΤΩΝ παρέδοσαν· οἱ Δ' ἄλλοι παραλελοίπασιν, ἢ βραχέως ἐφεστΉκασι ταῖς ἰδίως τοῖς ἑαυτΩ͂ν ἐμπρέψαι δυναμέναις. ὧν τὸ μὲΝ πρῶτον ἄθΛιόν ἐστιν, ὅτι σχεδὸν πᾶν σκέμμα διὰ Τούτων, ἀλλ' οὐ τὸ πολιτικὸν μόνον διοικεῖται· τὸ δὲ δεύτερον, ὅτι περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν, καὶ γραμματικὴν, καὶ μουσικὴν, καὶ Γεωμετρίαν, καὶ τἆλλα ΤΟῖς ὅλοις, οὐδὲν Οἱ πΑχΕῚΣ ΟΥ̓Τοι παραδεδώκασιν· ἈΛΛᾺ Μὴν κοινά τινα, ΚΑτὰ σύνεΣΙΝ ΚΟΙΝΉΝ. Ἢ τὰ πάντων παραΓγέλματα οὐδ', εἴπερ ἦν, μᾶλλον αὐτοῖς συνεκεχώρητο, ἢ διέΓνωστο ΤῸ τῶν ἄλλων. ἀλΛὰ τοΥ͂το, Κατὰ λόΓον, ἐΞε-

rit; (soli enim illi omnibus argumentis accommodatas methodos conscribunt); neque utrum soli, aut ante alios omnes, de rebus sibi propriis præcepta tradiderint; dum cæteri talia omiserunt, vel paulisper animum applicuerunt methodis quæ argumentis sibi peculiaribus convenire poterant. Unde hoc primum incommodum exoritur, rem fere omnem quæ in disquisitionem venit, non solummodo politica argumenta per hos tractari; secundum autem, de rebus ad philosophiam, Grammaticam, Musicam, Geometriam, aliasque disciplinas in universum pertinentibus, nihil stolidos illos præcepisse; at vero communia quædam secundum communem prudentiam. Profecto præcepta omnibus argumentis communia, si quidem essent, non magis illis concessa fuerant, quam ab iisdem cognitum erat id quod cæterorum est. Hoc autem, sicut ratio postulat, per-

τάζειν βούλοιτό τις τοῖς φιλοσόφοις ἘΞΕῚΝΑΙ. τὸ δὲ τρίτον, ὅτι καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ὑπὲρ τῶν οἰκείων, ἀλλὰ δὴ μάλΙΣτα τοῖς φιλοσόφοις ἘΝθΕν ἘΟΙΚασι κατΕΨΕῦΣθαι. καὶ ΔΙᾺ ΤῸ ἀποδεικνΎειν ΛΌΓων Ἢ ΠΡΟΣΏπων ΑΥ̓ΤΟῪΣ ἐΜΠΕΠΟΙΗμένους ΕὐθύνοΥς ἐκτετΕχνολόΓηται· διΗγήΣεσιν δ', ἴσως ΤΕ Καὶ τΟῚΣ ἐπιλεγομένοις οὐ δαψΙλῶς χρῶνται· πλὴν οὐδῈ Περὶ τούτων ἀμελέστερον ἐκΕίνων ἀνεστράφησαν. τῆς δ' αὐτῆς ἀδιαληψίας ἔχεται καὶ τΟΥ̃το, λεγόμενον Ὑπό τινων· ὅτι μόνης ἢ μάλιστα τῆς ῥητορικῆς ἐστιν τὸ τοὺς ἐνδεχομένους εἰς ἕκαστον λόΓους ἐξευρίσκειν· διὸ καὶ τέλος αὐτῆς τοῦτ' εἶναί τινες ἔφησαν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐθὲν διαφέρει τοῦτο τῆς εὑρέσεωΣ· μᾶλ-

pendendum quispiam philosophis tribui velit. Tertium aliud inde venit, nimirum eos ob illa videri cæteris quidem, de rebus sibi propriis, philosophis autem præcipue, mendaciter multa confinxisse. Atqui, ut manifestum facerent semet ipsos orationum vel personarum censores constitutos fuisse, ab iisdem artificiose disputatum est; sed narrationibus, ac fortasse etiam epilogis non large utuntur; quamquam in his rebus non negligentius exercitati fuerunt quam cæteri. Ex eodem ratiocinationis defectu pendet id quod a quibusdam dicitur, penes rhetoricam solam esse, vel ad hanc in primis pertinere, convenientia argumenta invenire in singulis causis; quam ob rem hunc esse Rhetoricæ finem quidam dixerunt. Primo enim nihil hoc differt ab inventione; immo

λον δ' οὐδὲ τὸ περὶ τῶν πέΝτε τοῦ λόγου μερῶΝ τῆς εὑρέσεως· εὑρέσεις Γάρ εἰΣιν αἱ καθ' ἕκαστον ἐπιΤΕύξειΣ· οἱ δ' ὡς πολΥτέΧνΟΙΣ ἘΠΙφέρονταΙ ΤῸ ἘΝδιαΘέτως, καὶ ΤῸ ἈΠ' εὐθΕΊΑΣ, ΚΑῚ Τὸ πυΚΝῶΣ· ἁΠΛῶΣ οὐΔὲν Ὅ ΤΙ ΟΥ̓Χ ὁμΟΥ͂ ἐΝ ΤΈΧΝΑΙς διαΠΕΡΑΊνονΤΕΣ. δεύτεροΝ δὲ, εἰ μὲν καὶ πρὸς ἕΚασΤΟΝ τῶν Ἐν ἰατρικῇ, καὶ μουσικῇ, καὶ γεωμετρίᾳ, καὶ τῶν ἄλλων τοὺΣ ἐνδεχομΈΝους εὑρίσκειν λόγους φασὶ, τὴν ῥητορικὴν τὰ πάντ' αὐτὴν εἶναι νομίζουσι· καὶ δῆλον ὅτι φαίνονται, κατὰ τὴν ἐπαΓγελίαν, πρὸς πάντ' εὐποροῦντες. οὐδὲ γὰρ, ὡς ἤδη πολλάκις εἴπαμΕν, αὐτοῖς προσήκει τὰς κοινὰς περὶ πάντων μεθόδους παρΙσΤάνΑΙ, μᾶλλον Ἤ τισιν τῶν ἄΛλων· οὐδ' εἰσὶ μὲν κοινΑὶ περὶ παν-

neque id quod traditur de inventione quinque partium orationis: inventiones enim sunt rationes assequendi unamquamque rem ad quam contendimus; hi vero illis inventionibus, tamquam multa arte efficiendis, attribuunt id quod vocamus loqui ex animi sententia, sine ullis verborum involucris, prudenter; in universum nihil non (*h. e. omnia*) simul in suis de arte præceptis absolventes et concludentes. Secundo, si eorum qui in medicina, musica, geometria versantur, pariterque aliorum qui alia exercent, esse dicunt invenire argumenta ad peculiares quæstiones pertinentia; rhetoricam per se solam omnia possidere arbitrantur; perspicuumque est illos videri, ex iis quæ prædicant, ad omnia paratam rerum copiam habere. Nequaquam autem, id quod jam sæpe diximus, decet ipsos magis quam reliquorum aliquos omnibus quæstionibus methodos communes instituere; non sunt enim communes omni-

των· ἈΛλ' Ἴδιαι καθ' ἑκάσΤΗν ἐπιστήμην, αἵ γε συνέχουσαι. καὶ πάρεστιν ἐν ἑτοΙμῳ λέγειν· ἦσαν ἘΝ ἐπικΈνῳ ΟἸΉΣΕΙ, Ἀπ' αὐτῆς τέχΝΗΣ παισὶ ΜΕΤΑΔΟΘΉΣΕσθαΙ τῆς εὑρέσεΩς τΩ͂Ν ἐν τοῖς ῥητοριΚοῖΣ ἘνδεχοΜένων λόγων. ἄλλως δὲ, οὐδὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς κατ' ἄλλΗΝ φιλοσοφίαν πρὸς ἕκαΣΤΟν ἐνδεχομένους λόγους εὑρίσκειν δυναμένων, ἀθλιότης βαθεῖα τοὺς ἐν ἑτερογενεῖ τέχνῃ προσποιεῖσθαι. καὶ τὸ πέρας οὐδ' ἐφήρμοσταί τι τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς τεχνολογίαις αὐτῶν, ἀλλὰ τοῖς πολιτικοῖς μόνον προβλήμασιν. ἃ γὰρ αὖ περὶ τῶν θετικῶν λέγουσιν ἡδονῆς μὲν γέμει πολλῆς, οὐκ εὔκαιρα δ' ἐστὶν νῦν ἐξετάζεσθαι· τὸ δὲ τοσοῦτο καὶ νῦν εἰπεῖν ΑΥ̓τοῖΣ

bus quæstionibus methodi; sed disciplinæ unicuique peculiares, quæ quidem eam contineant. In promptu est dicere: in vana opinione versabantur, solius artis ope vel pueris traditum iri inventionem convenientium argumentorum in rhetoricis. Alioqui, quum ne philosophi quidem argumenta invenire possint, secundum aliud philosophiæ genus, quæ in unaquaque quæstione sint rei convenientia; mera ineptia est sibi vindicare argumenta quæ ad artem a sua diversam pertinent. Ac finis ne accommodatur quidem cæteris quæstionibus, sed politicis tantummodo, in Artibus quas scripserunt. Quæ enim rursus de infinitis tradunt, magnis quidem abundant illecebris; nequaquam autem ex re est hæc nunc ad examen vocari: id solum in præsentia illis dicere

χρὴ διΌτι ἙκάσΤῃ τέχνῃ,
καΤᾺ μάθΗσιν ἑκάστην, ἘΣ-
τί τινα καὶ περὶ ἀορίστων
καὶ περὶ ὡρισμένων, ὑπὲρ
ὧΝ ἑκατέρου τοὺς ἐνδε-
χομένους ἐξευρεῖν λό-
γοΥς μόνων ἐστὶ τῶν
καθ' ἑκάστην ἐπιστημΌ-
νων· ὥστε καὶ ῥητόρων
τὰ Κατὰ τὴν ῥητορικὴΝ
ὡρισμένα καὶ ἈΌριστΑ·
τὸ δὲ τῶν ἄλλων τινὸς
ἀντιποιεῖσθαι, μαργί-
τοΥ μανίας ὅρους ἵστησιΝ.
ἐξέστω τοιγαροῦν καὶ
τέλος ἀποφαίνεσθαι
τῊΣ Ῥητορικῆς, εἰ καὶ κα-
ταΓέλαστον, τὸ τοὺς ἐν-
δεχομένοΥς εἰς ἕκαστον
πρόβλημα ῥητορικὸν
ἐξευρίσκειν καὶ λέγειν
(τὸ δὲ πρὸς ἕκαστον ἁ-
πλῶς δεσμῶν ἔχει χρεί-
αν· ἐκ ΠΕριουσίας δὲ λέ-
γΟΙμΕΝ ΝΥ͂ν ἡμεῖς τὸ μη-
δὲν ἄΦαΤον ὑπάρχειν

oportet in unaquaque arte, secundum disciplinam unamquamque, quædam inesse de infinitis et de definitis, quorum de utroque convenientia invenire argumenta ad eos solos pertinet qui in unaquaque fuerunt exerciti; ita ut ad rhetores pertineant ea quæ sunt secundum Rhetoricam definita et indefinita: cæterorum autem aliquid sibi assumere, id ad ipsos Margitæ insaniæ fines accedit. Liceat igitur finem Rhetoricæ in aperto proponere, etsi derisione dignum: *Ars est inveniendi et exprimendi rationes convenientes quibuscumque argumentis rhetoricis* (verum illud, *quibuscumque*, ita simpliciter dictum opus est ut arcte restringatur; immo nunc nos ex abundanti dixerimus sententiam minime esse talem,

εἰπεῖΝ· ΜΗ δυνατὸν εὑρΕῖν, λΈγεΙΝ δύνασθαι)· κἂν ᾖ τὸ φαυλόΤΑτον, ἀλλὰ μὴ μόνον τὸ χρήσιμον. εἰ καὶ τὸ τὴν διάθεσιν ἔχειν ἐπί τινων, ἀφ' ἧς εὑρεθήσεταΙ, τιμιώτατον· εἰ δὲ περὶ τῶν κατὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις ἐπιβλεπομένων, κἂν ὑΠὸ παιδὸς ἐλεΓχθείησαν, τὸ δὴ λεγόμενον. χωρὶς γὰρ τοῦ φιλοσοφίας ἀντιποιήσασθαι, δῆλον ὡς ὁ τοὺς ἐνόντας οὕτως εὑΡίσκων λόγους, ὀφείλει καὶ τοὺς ἀναγκαΙους εἰδέναι καὶ τοὺς ἐνδεχομένους μὲν, οὐ μὴν ἀναΓκαίους· ἔνεισι γὰρ ἑκάτεροι. τὸ δὲ τί δι' ἀναγκαίων καὶ τί δι' ἐνδεχομένων περαίνεται, πολλοῦ δΕδεήκασι γινώσκειν (Εἰ καὶ ἘκτυποῦσιΝ ἐν τοῖς Συμβουλευτικοῖς τόποις τὰς ὀνο-

quæ pronuntiari non possit; scilicet eum qui invenire nesciat, nihilominus dicere posse); *etiam si res sit vilissima, non tantummodo quum est utilis.* ☆ Quamquam ad quædam eo præditum esse animi habitu per quem inventio fieri possit, magni est faciendum; tamen si agitur de iis quæ inspiciuntur per communes perceptiones; confutarentur vel a puero, ut aiunt. Etenim, præterquam quod philosophiam sibi vindicaverunt, liquet necesse esse oratorem qui argumenta comprehensa in quæstione ita invenerit, cognoscere simul argumenta necessaria atque argumenta probabilia quidem, sed non necessaria: insunt enim utraque. Plurimum autem abest ut sciant quid per necessaria argumenta, quid per probabilia efficiatur (etsi effingunt in deliberativis locis illas appella-

μασίας)· ἔτι δÈ πρότερον,
τί δυνατόν ἐστιν γενέσ-
θαι καὶ τί τοῖς ὅλοις ἀδύ-
νατον· ἐπίστασθαι προσ-
ῆκον, ὅπως ἂν τÒ MÈN εἰς
τὸν λόγον παραλάβωΣΙ, τὸ
δ' ὑπερβῶσι. Μανία δὲ πολ-
λὴ τὸ περιάπτειν αὐτοῖς
τὰ διὰ μέσης θεΩρΟΫ-
Μενα φΥσιολογίαΣ καιΝῆΣ.
μᾶλλον δὲ κοινότερον
ἔτι τοὺς ἀληθεῖς ἐνεῖ-
ναι συμβέβηκεν, οὐχὶ τοὺς
ψευδεῖς· ΑΛΛὰ Καὶ Οὓς ἀ-
νάγκη Κρίσιν αὐτοὺς ἔ-
χΕιν τἀΛΗθοῦς τε καὶ ΤΟΫ
ψευδοῦς, οὐ πολὺ μᾶλλοΝ
ἢ πτερῶν ἐνδέουσιν; ἐ-
πεὶ καὶ τΩΝ περὶ τοῦ δικαΝΙΚ-
ΟΫ εἶναι τόδε, τί καὶ σώ-
φρον καὶ γενναῖον καὶ με-
γαλόψυχον καὶ φιλικὸν,
καὶ πρὸς θεοὺς εὐσεβὲς,
καὶ πρὸς εὐερΓέτας εὐ-
χάριστον, καὶ τὸ προσῆ-
κον ἁπλῶς ἁΠάσαις ταῖΣ
ἀρεταῖς ἐξευρίσκειν,

tiones); et multo etiam prius nesciunt, quid fieri possit, quid sit omnino impossibile: quod conveniat eos scire, ut illud in orationem conferant; hoc prætereant et excludant. Insaniæ autem magnæ est hos assumere sibi illa quæ per intimam physiologiam novam disquiruntur. Immo vero sæpius accidit rei inesse vera argumenta, non ea quæ sunt falsa; at illi qui vel per se solos necessario discrimen verorum et falsorum statuere deberent, nonne veris argumentis multo magis quam pennis carent? Etenim esse eorum qui in judiciali genere versantur, invenire quid sit prudens, quid nobile, quid magnanimum, quid ad amicitiam pertinens, quid erga Deos pium, quid erga benefactores gratum, quid denique conveniat in universum omnibus virtutibus,

φάναι τούς, ὡς ὄνος λύρας, τῶν φύσει καὶ κατ' ἀλήθειαν ἀρετῶν ἐπῃσθημένους, εὐηθίαΝ ΔΕῖ νομίζειν. εἰ δ' ἐροῦσι τὰ φαινόμενα τοῖς πολλοῖς, (τοιαῦτ' εἶναι ΚΑὶ Τἀληθῆ, καὶ δυνατὰ, καὶ μΕγΑΛΕῖα) μόνον ἐξεΥΡίσκειν, καὶ τὰ πιθανότητ' ἔΧοντα· χωρὶς τούΤΩΝ μηδὲν ἕΤΕρον λέγειν ἢ τὸ τοὺς ἐνόντας πολιτικοὺς λόΓοΥς ἐξευρίσκειν τὸν ποΛΙΤΙκόν· οὐδ' ἕστηκεν τὰ φαινόμενα τοῖς πολλοῖς, ὥΣτε ΠηΡοῦνται πολλάκις· ὃ καὶ συμβαίνΕΙν θεωροῦμΕΝ. τοὺς δὲ Πιθανοὺς εἰ ΜΕν πάλιν τοὺς τοῖς πολλοῖς φανησομένουΣ ΥΠΟΛαμβάνουσι, ταὐΤὰ ῥητέΟν· εἰ δὲ τοὺς συνΕΓγίζοντας τοῖς οὖσιν, ἢ καὶ τοὺς προχείρως εἰς συΓκατάθεσιν ἐπισπωμένους, οἶΜαΙ ὅτι, μὴ τῶν ὄντως τοιούτων ἐπιγινωσκομένων αὐτοῖς, οὐδ' ἕτεΡον

hoc dicere eos qui, ut asinus lyram, noverunt virtutes quæ sunt secundum naturam atque veritatem; stultum judicare debemus. Quod si aiunt illa solum quæ multitudini rata sunt (qualia sint et vera et possibilia et ampla) sese invenire, et ea quæ sunt apta ad persuadendum; ultra hæc nihil aliud esse quod oratione tractet vir politicus, præter inventionem argumentorum quæ insunt in quæstione; respondebo minime firma esse illa quæ rata habet multitudo, adeo ut sæpe claudicent; id quod fieri videmus. Rursus, si ad persuadendum apta esse existimant ea quæ multitudini talia videbuntur, eadem sunt dicenda; si vero hoc dicunt de iis quæ veris argumentis proxime accedunt, vel facile perducunt ad assensionem; opinor, nisi pernoscantur ab ipsis illa quæ reapse talia sunt, nihil aliud

κατανοΗθήσεται τῶν εἰρημένων. ἴσως δέ τις ἐρεῖ μηδ' ὅλως τὴν δύναμιν ἀΦ' ἧς ἔστι τὰ πολιτικὰ πάντα καὶ τὰ σοφιστικὰ τῶν ῥητόρων ἐξευρίσκειν κΑὶ λΈΓειν, ΚΆΛλος ἔχειν τι· προτεινΌΜενος ἀνθ' ὧΝ ΕὐΡΉκαΣΙν ζωῊν, ἐΡῶ ἀΣκΕῙΝ ἘΚΕῙνο τοΙΟύτΟΥΣ σοφιστὰς, ΜΗδὲ ΠολλΆ ΑὙΤΟῪΣ ἐξευρίσκειν τῶν ἐνδεχΟμένων ἐν τοῖς πολιτιΚοῖς, ὅσον Ἐπὶ ταῖς τεχνολοΓΊαΙς. παλιΝ δ' Ἕτερος μὲν φήσει καὶ τοὺς μεγάλους σοφιστὰΣ ἐν τοῖς ΠΟΛΙτικοῖΣ ἀδυνατεῖν, οἷΣ κΑὶ τὰς ἐκδεδομένας ὑπ' ἄλλων ἂν τέχνας, καὶ τὰ παΡαπλήσια διασαφεῖν. ἐΓὼ δῈ ΛΈγΩ ΤΟῪΣ μὲν ἀληθεῖΣ λόγους, οὔτε τοὺς σοφιστὰς, οὔτε τοὺς πολιτικοὺς ῥήτορας ἂν εὑρίσκειν ἅπαντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς πΛείονας ψεΥδεῖς· οὔ γε τοὺς τὸν ἀγαΘὸν εἰΣ συΓκατάθεσιν ἐΠΙΣπΩ-

perspectum iri inter illa quæ dicta fuerunt. Fortasse aliquis contendet facultatem per quam politica omnia et sophistica quæ ad rhetores pertinent invenire et exprimere datur, omnino nihil honesti in se habere: in medium afferens illa per quæ vitæ subsidia sibi comparaverunt; respondebo his solis rebus operam dare tales sophistas, neque eos multa argumenta quæ conveniunt quæstionibus politicis invenire, quatenus per Artes fieri potest. Rursus contendet alter etiam egregios sophistas in politicis nihil posse; quos eosdem asseret vulgatas ab aliis Artes, aliaque ejusdemmodi illustrare. Ego dicam vera argumenta neque sophistas, neque politicos rhetores invenire omnia; sed plura hos adhibere falsa, non illa quæ virum bonum ad assensionem pertra-

μένους ΠΙθανοὺς, ἀλλὰ τοὺς
πλείους τὸν ΦΑυλότατον· καὶ
ΤΆ ΠλεῖΣτα λέγειν ἔξω τῶν
ἐνδεχοΜΈνων ὄντα, παρα-
λογιζόμενα δῈ τοὺς ἀκούον-.
τας· ΟἸΣ Γ' ἘΣΤΙ ΠΡοκείμενόν
τις τῊΣ ΤΈΧνΗΣ ΚαΠΗΛεΊΑ.
πάντας δὲ τοῪς ἐνόντας
ἘξεΎΡΟΙ τίς ἊΝ ΛΌΓΟΥΣ ἀπό τι-
νος ἐπιπτώΣΕΩΣ; ὥστ' ΕὐΝΌΗ-
ΤΟΝ, ὅτι γε παρὰ Τούτους
οὐδέν ἐστιν ΑἸΣΧρὸν εἶ-
πεῖν ἀδυνατήσειν· ἐπει-
δὴ φιλοσοφωτέρας ἐστὶ
καὶ βαθείας Γε συνέσεως τὸ
τοιοῦτον· ἀλλὰ ταῦτα
μὲν ἀξιωΘήσεταί τινος ἔτι
λόγου καὶ κατ' ἄλλα μέρη τῆς
ΜεΘόδου. νῦν δὲ κἀκεῖ-
ΝΟ ἀδιάλΗΠτΟΝ ΤΟύτων,
ὅτι τῶν προϐΛΗμάτων
τὰ μέν ἐστιν δικανικὰ,
τὰ δὲ συΜϐουλευτικὰ, ΤᾺ
δὲ περὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ
Ψόγους. ὧν τὰ μὲν συνέ-
χειν ἔφασαν τὰς πρὸς ἀλ-
λήλους ἐπιπλοΚὰς, τὰ δ' ὑ-

hunt, ut quæ sint probabilia; sed argumenta quorum pleraque ad assensionem pessimum quemque pertrahunt, et ea dicere quæ sunt extra probabilitatem, audientesque in errorem inducunt; quippe quibus proposita sit quædam artis cauponatio. Argumenta enim quæ in quæstione insunt quis invenerit casu nescio quo? Ut sit animadversu facile rem esse minime turpem, si quis ad illorum normam dicere nequaquam possit; quum inceptum quale est eloquentia magis philosophicæ, altæque prorsus prudentiæ sit: verum hæc dignabor etiam alia tractatione, per alias quidem partes methodi. ¶ Nunc illud quoque ab iis quæ præcedunt sejungi non debet, nimirum inter quæstiones alias esse judiciales, alias deliberativas; alias denique in laudationibus et vituperationibus versari. Quarum primas dixerunt complecti aliorum cum aliis implicationes; secundas autem de-

CAP. IV. Sophistas impugnat docentes tripartitam esse Rhetoricam.

πογράφειν ΤΆ ΣΥμφέροντα πᾶσιν· τὰ δ' ἐπὶ τὰς ἀρετὰς προτρέπειν καὶ τῶν κακιῶν ἀπαλλάττειν. περὶ μÈν οὖΝ τῶΝ δικανικῶΝ καὶ συμβουλευτίκῶν εἰς ἄΛλον καιρὸν ἐπιτηδεΙότΕρον ὑπερθήσομαι (καὶ γὰΡ Ὑπ' αὐτῶν ἀδολέσχΩΣ ΤΆΔΕ ἐκΕῖ παλΙΛλογεῖται)· πλὴν τοσοῦτ' εἰπεῖν, ὅτι τὸ διΚανικὸν οὐ δήπου δικανικόν λέΓουσιν (ἢ τοὐναντΙον ἀκούσονται παρ' ἐνίων), ἀλλὰ δικαΣτηριακόν· καὶ πόλΕι τὸ συμβουλευτικὸν, οὐ τοῖς κατὰ μέρος ἀνΘρώποις ὑπὲρ τῶν εἰς βίον μακάριον ἀνηκόντων, ἵνα μὴ φανερὰ ψεύδωνται. καί φηΜΙ αὐτοὺς πρῶτΟν ἑαΥτοῖς τἀναντιώτΑτα συμβεβουλευκέναι, τὴν ζωὴν ταύΤην ἑλομένοις, ἀλλὰ ἡμῖΝ καὶ πλήθεσιν κοινῶς περὶ Τῶν πολι-

finire illa quæ omnibus utilia sunt; tertias ad virtutes hortari atque a vitiis avertere. De judiciali quidem et deliberativo genere dicere in aliud tempus magis idoneum differam (namque illi de his generibus in Artibus suis loquaciter ad satietatem usque eadem disserunt); nunc hoc tantummodo addam, sophistas id quod vere judiciale est non appellare judiciale (profecto a nonnullis contrarium audient), sed δικαστηριακόν, eosdemque docere genus deliberativum universæ civitati consulere, non civibus singulatim de rebus quæ ad beatam vitam conferunt, ne aperte mentiantur. Affirmo igitur illos, quum hoc vitæ institutum amplexi sunt, primum sibimetipsis quam pessime consuluisse, deinde vero nobis atque communiter omnibus civibus, de iis quæ pertinent ad res

τικῶν λεγομένων πρα-
γμάτων, καὶ διότι τούτων
ἑκάτερον οὐχ ὑπὸ τῶν σο-
φιστῶν καὶ ἀπὸ τῆς τέΧνης,
ἀλλ' ὑπ' ἄλλων γίνεται, καὶ
κατὰ δύναμιν ἄλλην. ὑπὲρ
δὲ τῶν κατὰ τοὺς ἐπαΙνουΣ
καὶ ψΟΓους νῦν λέγωΜεν,
ὅτι τοῖς πολιτικοῖς τῶν
ῥητόρων παρασπείρε-
ται μΕΝ οὐκ ὀλίγων ἐγκώ-
μια καὶ ψόγοι· καθ' ἑαυτὰ
δ' οὐ ποιεῖται, μᾶλλον δ' οὐ-
δὲ παραπλήσια τοῖς τῶν
σοφιστῶν ἐστιν, οὐδὲ πε-
ρί τινων γίνεται ἄλλων ἢ τῶΝ ἀ-
νατεινόντων εἰς τὸ κοι-
νόν· οὐδ' ὅλως ἀντιποιΟῦν-
ται μόνοι Τ' οὗτΟΙ τινας
ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν δύνασ-
θαι. τὸ δὲ σοφιστικὸν γέ-
νος τοῦτ' ἐπαΓΓέλλε-
ται· πρὸς ὃ καὶ λαλήσομεν,
ἐπὶ τοὺς ἐκδεδομένους
ὑπ' αὐτῶν λόγους ἀναΦέ-
ροντες. εἰ μὲν οὖν, ὥσ-
περ ἔνιοι, περὶ ἃ φατίσον-

quas politicas nominamus; ideo quod horum generum utrumque neque a sophistis, neque ex rhetorica arte procedit; sed ab aliis, et per aliam facultatem efficitur. ¶ De iis autem quæ sive ad laudationes, sive ad vituperationes adtinent nunc hoc dicamus: a viris politicis in orationibus suis interseruntur quidem non paucorum laudationes vituperationesque; sejunctim vero illæ non componuntur, immo potius ne similes quidem sunt illis quæ a sophistis proficiscuntur; neque in ullis aliis rebus immorantur quam in iis quæ ad rempublicam pertinent; neque omnino sibi solis hi vindicant facultatem quosdam laudandi atque vituperandi. Familia autem sophistarum hoc de se jactitat: qua de re verba faciemus, ad libros ab illis editos orationem nostram referentes. Quod si, tamquam nonnulli, de quacumque re dicturi sint,

CAP. V. Lacessit sophistarum præcepta de genere demonstrativo.

Ται, μόνοΙ φασὶ Πᾶν ὅλως πρᾶγμα δύναμιν ἔχειν ἐπαινεῖν καὶ ψέγΕιν, ἄξιον πυθέσθαι πότερον ταὐτὸ λέΓουσιν, ὅταν μὲΕν θελήσωσιν ἐΓκωμιάζειν, ὅταν δὲ βουληθΩ͂σι ψεΓΕιν· ἢ τὰ μὲΝ ἐπαιΝετὰ μΌνον ἐΓΚωμιάζειν, τὰ δὲ ψΕκτὰ Μόνον ψέγΕΙΝ. εἰ μὲν γὰρ τὸ πρότερον, μετὰ τῆς ἀποπληξίαΣ τοῦ τὰ ψεκτὰ μὲν ἐγκωμιάζειν, τὰ δ᾽ ἐπαινετὰ ψέγειν· οὐδ᾽ ἐστὶν ἔπαΙνος, οὐδὲ ψόγος τῶν οὐκ ἐχόντων ἅ τις φήσει· πολλὰ δὲ οὐδ᾽ ὅλως ἔπαινον, ΟὙΔῈ ψόγον ἐπιδέΧεταΙ τῶν πραγΜΆτων. εἰ δὲ τὸ.δεΎτερον, οὙ μόνον τὴν σοφίαν αὐτοῖς ἀπονέμουσιΝ, ἀλλὰ καὶ τὴν Εἴδησιν ὦΝ ἕκαστΟν ὠφελημάτων καὶ βλαμμάτων παρασκευάζει· καὶ ΕὙΠΟροῦνται, πολλὰ μὲν τῶν ἐπαινΕτῶν ψέγοντες, Οὐκ ὀλίγα δὲ τῶν

soli contendunt se rem omnem universim laudare aut vituperare posse; æquum est inquirere utrum idèm argumentum dicendi sumant, sive sibi proponant laudare, sive habeant in animo vituperare; an illa tantummodo quæ laudabilia sunt laudare velint, vituperare autem ea tantummodo quæ vituperabilia sunt. Nam si prius asserunt, præterquam quod amentis est laudare vituperabilia, laudabilia vero vituperare; ne potest quidem esse laudatio aut vituperatio rerum in quibus nequaquam reperiuntur ea quæ quis dixerit; multa autem, in universum, neque laudationem admittunt, neque vituperationem. Sin asseverant posterius, sibi arrogant non modo sapientiam, sed etiam cognitionem commodorum atque damnorum, quæ unaquæque res præbet; atque magnam sibi divitiarum copiam comparant, multa laudabilia vituperantes, non pauca vero

ψΕκΤῶν ἐπαινΟΫΝτες. εἰ μὲν τὸ πεΡὶ τῶν θεῶν καὶ τῶν ἡρώων ἐγκώμια δύνασΘαι ποιεῖν ἐπαγγΕλλΟνται, τῶν δ' ἀνθρώπων τοὺς μὲν εὐλογεῖν, τοὺς δὲ δυσφημεῖν ὨΣ καΚοὺς Ἢ ἀΓΑθΟὺς, ὅταν προΘέλωνται ποιεῖν ἑκάτΕρον, ἡμεῖς ΜΕΜΦόΜΕΘΑ ΘΕῶΝ Ἢ Ἀρίστου, καὶ ἀναισθήΤων, Ὀὐχ οἷον ἀλόγων ζώων αὐτοὺς ἐΓκώμια πεποΙΗκέναι· διόΤΙ θΕῶν μὲν οὐδεὶς, οὐδ' ἡρώων ἐΓκωμΊΟυ δεῖταΙ τοῦ παρ' ἀνθρώπων· ἐστίν τΕ πᾶν ἔλαττον αὐτῶν, καὶ τὸ κατατευχθέν· ἀπρΕπέσΤατον δὲ τὸ γινόμενον Ἀπὸ τῶν σοφιστῶν. διὸ καὶ Λέγουσιν ἀριστοτέλην, ἢ τιΝα μέντοι, πρὸς ἀναξιμΈνην ἤ τινα δήποτ' εἰπεῖν τῶν σοφιστῶν, εἴΤ' ἀΡτέμιδος, εἴτ' ἀθηνᾶς ἐΓκώμιον γράψαντα καὶ σεΜΝυνΟ-

vituperabilia laudautes. *Si de Diis heroibusque laudationes se scribere posse prædicant; hominum autem quosdam laudare, quosdam dictis lacessere, tanquam pravos aut bonos, quum utrumque facere susceperunt; nos eos reprehendimus, quod scripserunt laudationes sive deorum, sive optimi cujusque, sive rerum quæ sensu carent, nedum animalium rationis expertium; quia Deorum aut heroum nullus laudatione indiget ab hominibus composita: infra illos enim est laudatio quæcumque, vel optime condita; ea vero maxime indecora, quæ proficiscitur a sophistis. Qua de re ferunt Aristotelem, aut alium certe quemdam, dixisse ad Anaximenem vel quempiam sophistam, qui laudationem scripserat sive Dianæ, sive Minervæ, atque ea super-

μενον· οὐκ οἴΕι γὰρ, εἰπΕῖν, ἐάν ποτ' ἔρις ΓένηταΙ τῶν θεῶν, ὡς πρόΤερον, ἐρεῖν τὴν ἀφροδίτην· « καλὸν ἄρ' ἐΓκώμιόν σου καὶ ὁ δεῖνα ἐποίησεν. » τὸ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ μὲν ἘΓκΩΜιαζειν, Τὰ δὲ ψέΓειν, οὐδὲν καὶ ΑΫΤῶν τοὺς βΊους ὠφελεῖ, διὰ τὸ μήτ' αἰσθάνεσθαι τῶν λεγομένων αὐτὰ, μήΤ' Ἐπιδέχεσθαι μετάθεσιν ἐκ Τῆς οἰκείας φύσεως· ἄνθρωποι δὲ προτρέπονται μὲν ἐπὶ τὸ Σπουδαῖον ὑπό τινων ἐπαίνων, καὶ τῶν κακῶν ἀφίστανται διά τινας ψόγους· ἀλλ' οἱ ῥητορικοὶ σοφισταὶ βουσίριδας καὶ πολυφήμους, καὶ τοιούτους ἄλλους ἐγκωΜιάζοντες, τὰ τῶν ἀγαθῶν ἔπαθλα κοινοποιοῦσι, καὶ πολλοὺς εἶναι πονηροὺς προτρέπονται· καὶ προκρίνοντες Ἐν ταῖς ΠΑνηΓΎ-

biebat: annon opinaris, si quando inter Deas, ut quondam, fiat certamen, Aphroditen dicturam esse : « pulchram profecto de te laudationem etiam ille nescio quis composuit »? Quædam autem animalium rationis expertium laudare, quædam vituperare, nequaquam vel illorum vitam emendat, nedum nostræ prosit; propterea quod neque sentiunt quæ dicuntur, neque ea sunt ut a propria natura avocentur : homines autem impelluntur ad honesta quibusdam laudationibus, atque amoventur a vitiis per quasdam vituperationes; sed rhetorici Sophistæ Busiridas, Polyphemos, aliosque hujusmodi laudantes, præmia quæ viris bonis peculiaria erant, omnibus communia efficiunt; immo nonnullos in pravitatem inducunt: dumque præponunt in ludorum celebrita-

Ρεσιν πηνελόπης κλυται-
μΝήστραν καὶ τὸν πάριν
ἀΛέξανδρον ἕκτορος, ἀ-
φανΊζουσι τὰς Ἀρετὰς
τῶν ἀγαθῶν, ὅσον ἐφ' αὐ-
τοῖς. οὐδ' αὐτοὶ μέντοι γε
ἀπὸ διαθέσεως αὐξητΙ-
κῆς μὲΝ τῶν ἀρετηφΌ-
ρωΝ ἀνδρῶν, μΕΙωτικῆς
δὲ τῶν πονηρῶν, τοὺς
μὲν ἐγκωμιάζειν, τοὺς
δὲ ψέγειν ἐπιχειροῦσιν· ἀλ-
λ' ἢ διὰ κέΡδος, ἢ διὰ Φόβον, ἢ
δυνάμεΩς ἐπίδειξιν
ποιούμΕΝοι. κἂν ἄρα
ποτὲ τῶν ἀγαθῶν Τινας
ἐΓκωμιάζωσι, καὶ τῶν
ἀτόπων κατηγορΩσιν,
οὐ τῶν κατ' ἀλήθειαν ὄν-
των, ἀΛΛὰ τῶν ΤΟῖΣ πολ-
λοῖς νομιζομΈνων, καὶ
καθόλου τῶν τὰΣ δημώ-
δεις ἀρετὰς καὶ κακΊας
ἐχόντων· ὍΤε Παρὰ τῶν
ὄντων ὡς ἀληθῶς κἂν
τὰς κατὰ φύσιν ἀρετὰς

tibus Penelopæ Clytæmnestram, Paridemque Alexandrum Hectori, virtutes bonorum oblitterant, quantum situm est in ipsis. Neque vero illi ex animi inclinatione, sive ad viros virtute præstantes amplo præconio celebrandos, sive ad deprimendos pravos homines, alios laudare, alios vituperare aggrediuntur; sed lucri amore, aut propter metum, aut propter ingenii ostentationem. Quod si nonnunquam bonos quosdam laudant, aut improbos vituperant; non eos eligunt qui tales re vera sunt; sed illos qui a multitudine tales habentur, atque in universum virtutes et vitia secundum vulgi æstimationem possident; quum ab iis qui re vera tales sunt, veras certe virtutes,

καὶ κακίαΣ ἤδεσAν, καὶ πολὺ πρότερον αὐτοὶ τὰΣ μὲν ἐκέκτηντο, τῶν δ' ἐκαθάρευον. οὐ μὴN ἀλλ' ἐπεὶ πρᾶγμα καθ' ἑAυτὸ τοῖς ὅλοις οὐδΈν ἘΣτιν ἐπαινετὸν ἢ ψεκτὸν, ἀλλὰ γίνεται τὸ μὲν καθ' ὅσον ὁμολογεῖ τῷ τέλει τῶν ἀΓαθῶν, τὸ δὲ καθ' ὅσον τῷ τῶν κακῶν· ὁ μὴ ταῦτ' ἐπιEIκῶς ἐπιλελογισμένOς, οὐδὲ κατὰ τὴν ἀναφορὰν, τὴν ἐπ' αὐτὰ, δIορίζειν δυνήσεται τὰ λαμβανόμενα πρÒΣ τοὺς ἐπαίνους· ὃ δὴ καὶ ΓινόμEνον ἐπὶ τούτων ὁρῶμεν. οὔτε γὰρ ἐπὶ τοῖς ἃ πάντεΣ δυστελοῦΣιν, οὔτ' ἐΠὶ τοῖς παρ' ἡμᾶς ἐπαινοῦσι· πολλὰ δ' οὐδ' ὅλως ἀγαθοῦ φύσιν ἔχοντα παραΛAμβάνουσI· τινὰ δὲ

vera vitia discere potuissent; ac multo etiam prius illas sibi comparassent, horum essent immunes. Verum quum nihil omnino per se sit laudabile aut vituperabile; sed tale fiat, quatenus sive cum fine bonorum, sive cum fine malorum congruit; qui hæc secum non reputaverit, quantum satis est, hic non poterit definire qua ratione ad bonum aut malum pertineant ea quæ in laudationes transferre suscepit; quod quidem apud hos sophistas fieri videmus. Non enim propter illa quæ omnes difficulter ad bonum exitum ducunt, neque propter illa quæ sunt in nobis, laudant: eligunt autem multa in quibus universim non inest natura boni; quædam

καὶ ΚαΚοῦ· καὶ μεγάΛΑ, οὐ πολ-
λάκις.ἐνδΙατρίβουσίν
τε μᾶλλον ἢ συμφέρει
τοῖς ἐπαινουμένοις. ἔσ-
τιν δ' Ὅτε χαύνωσιν ἐργά-
ζονται διὰ ΤὰΣ τῶν μετρί-
ων ἐξοΓκώσεις· καὶ κα-
τὰ πρόσωΠον ἐξυμΝοῦν-
τες, εἰς μεγάλας ἄγου-
σιν διατροπάς. ἀστοχοῦ-
Σιν δὲ καὶ τῶν συνακουόν-
των προσώπων, καὶ τῶν
ἰδίων, καὶ τῶν περιστά-
σεων ἐν αἷς διατίθενταΙ
τοὺς ἐπαίνουΣ. αἰνοῦ-
σιν δὲ καί ποτε χάριν
τῶν ἐπαινουμένων·
ἐΓκωμιαΣτέον ΔΈ ποτε
χάριν ἄΛλων, καί πο-
τε ἡμῶν αὐτῶν. καὶ πάν-
θ'ὅλως αἹΡεΤΈοΝ ΤᾺ ἀναΓ-
καίαν ἔχοντα χώραν
πρὸς τοὺς ὀνησιφόρους
ΛόΓους, ἣν ἘΝ Τῷ περὶ Ἐ-
παίνου λόγῳ διαστέΛ-

adeo quæ, suapte natura, sunt mala; magna vero non sæpe eligunt. Præterea in rebus laudatis immorantur magis quam conducit. Est etiam quum animos molliores reddunt, mediocria amplificando; atque laudando coram, in magnas animi perturbationes inducunt. Aberrant autem longe ab audientium corona, ab iis quæ sunt argumento propria, atque ab ea rerum conditione in qua componunt laudationes. Laudant nonnunquam eorum causa qui laudantur : laudare autem aliquando oportet etiam gratia aliorum; nonnunquam nostrimet ipsorum gratia. Illa porro omnia in universum ad laudationes eligenda sunt quæ orationibus utilitatem suppeditantibus necessario locum præbent, quem singulatim in libro de Encomio persequi-

λομεν. ὑπακουέσθω δὲ
τὰ τοῖς εἰρημένοις ἀντί-
στροφα καὶ ἐπὶ τῶν ψόγων.
ἄλλως Δὲ, τούτοις Παρα-
κολουθεῖ τὸ μηδὲν πο-
τ' ἐΓκωμιάζουσι πιστεύ-
εσθαι, τἀληθῆ λέΓΟΥσιν, δι-
ὰ τὸ καὶ ποΝηροὺς ἐπαι-
νεῖν, πολλάκις δὲ καὶ μᾶλ-
λον· καὶ τοὺς αὐΤοὺς οὓς
ποτε ἔψεΞαν, πάλιν ἐ-
παινεῖν τούσδΕ, καὶ Ἐπὶ
τοῖς αὐτοῖς. οὐ μόνον δὲ
τῶν εἰς εὐδαιμοΝΊαν
ἢ κακοδαιμοΝΊαν ἀνη-
κόντωΝ ἈδΥΝατοῦσΙΝ
ἐΓκώμια διατίθεσθαι καὶ
Ψόγους, ἀλλὰ καὶ τῶν κα-
τὰ τὰς ἄλλας ἐπιστή-
μας καὶ δυνάμεις ἐξε-
χόνΤων, ἢ ἄΠΩΘΕΝ ἐπΗ-
γμέΝων· εἰ μή τοΙ πεΡὶ
ὧν οὐδ' ἐννοίας ἔχουσιν
ἨθΕλΟν ἐΓκωμιάζειν, καὶ
ἄΛλως ἑκάΤΕρον προσα-

mur. Subaudiantur autem de vituperationibus illa quæ supra dictis ex altera parte respondent. Cæteroquin, inde sequitur nullo modo fidem laudantibus unquam adhiberi, vel dicentibus vera; ideo quod improbos quoque laudant, sæpe etiam multo magis; atque eosdem quos olim vituperaverant, rursus laudant; immo propter eadem facta. Impares autem sunt scribendis laudationibus, aut vituperationibus non earum tantummodo rerum quæ ad felicitatem aut infelicitatem conferunt; sed etiam illarum quæ ex aliis disciplinis facultatibusque pendent, aut ex longinquo fuerunt arcessitæ; nisi forte de rebus sibi prorsus incognitis laudationes scribere maluerunt, et proinde falso nomine utrumque affici-

ΓΟρεύουΣιν. ἀλλὰ μὴΝ οὐδ' ἐφ' οἷς ἐπαινοῦσι καὶ ψέγουσιΝ Οἴδ' ἘΝΝΟΟΫΝΤαι (καὶ τοῖς ἀΚΟύουΣΙ ΤῸ ΚΑΘεστὼς ἧττοΝ αὐΤΟΪ͂Σ ΠΕΠοίηται, καὶ μάλ' εἰ θΕΟΫ́Σ ΛΈΓΟΥΣΙ καὶ ὑμνοῦσΙ)· τάχα δ' οὐδὲ τῶν φιλοσόφων ἔνιοι. τί γὰρ πάλιν δεῖ λέΓειν, Ὅτι πᾶσίν ἐστιΝ ἘξΟΥσία τὸ κατὰ μηδεμίαν αἰτΊΑΝ ἘΚΕΊνοις ἀποδεδομένον τοῖΣ ῥητορικοῖς σΟφΙΣταῖς; ἐὰν δ' εἰς ἐκεῖνο κατΑΓΟΡΕΎΣωΣιν, ὅτι Τὰ τοιαῦΤα ἐΓκώμια λέγειν καὶ γράφειν Οἴδασιν οἷα Δὴ ΠΕριφΈρεται, καὶ τοὺς τοΙούτους ψόγους ὅσους παρειλήφαμεν· εἰ δὲ βοῦλονΤαι, καὶ μόνοις ΣυΓχωρήΣομεν· ἴσον γάρ ἐστιν ὅμΟΙΑ τὰ τῶν ῬητΟρικῶν ἔρΓα τΟΪ͂Σ ῥΗΤορικΟΪ͂Σ εἶναι. περὶ μΈντοΙ τοῦ χρησιμεύειν τι τοῖΣ ἐΓΚΩμιαΖομένοις ΝΫ͂Ν,

unt. At vero non ad illa propter quæ laudant et vituperant animum advertunt (atque id quod tamquam præstitutus finis ab auditoribus proponitur, minus præstant hi laudatores, præcipue quum Deos orationibus hymnisque celebrant); immo fortasse ne philosophorum quidem nonnulli. Quorsum igitur dicam iterum, omnibus licere id quod nulla de causa concessum fuit sophistis rhetoricis? Quod si hac de re nos accusant, utpote qui percalleant dicere atque scribere laudationes quales illæ quæ circumferuntur, atque vituperationes quales sunt illæ quascumque ab aliis accepimus; si modo velint, id ipsis solis concedemus: æquum enim est rhetoricorum opera similia esse rhetoricorum operibus. De hoc tamen, videlicet demonstrativum genus aliquid utilitatis afferre, sive illis qui nunc laudantur,

καὶ ἐσομένοις ἜΠΕΙΤΑ,
ἢ παλΑιΟῖς ἀΝΘρώποις, Διαμ-
φισβητήσομεν· οὐδένα θΕω-
ροῦντες ἐπανορθούμενον
δι' αὐτῶν, οὐδ' ἐπινοοῦντες
ὡς ἂν δύναιντο. καὶ μὴν ὁ
δημΉτριΟΣ μετὰ τοῦ σοφισ-
ΤΙκοΫ ΓένΟΥΣ τῶν λόγων
προΣΤΙΘΕΪς τῷ δηΜηγΟΡι-
κῷ καὶ δικΑνικῷ τὸν ἐν-
τευκτικΌν ἅπασιν, ὉΝ μὲν ἘΚ-
λαμβάνει τὸν τοῖς πλήΘε-
σιΝ ἐπὶ εὔΝΟΙαΝ ἭκοΝτΑ,
κατὰ πρεσβείαΝ ΤΕ τοῖς δυνάΣ-
ταις, ἐχέτω μὲΝ ἐΠὶ τοῦ
παρόντος (ὃ γὰρ ἐκ τούτων
ἀγαθὸν γίνεται μεΤὰ ταΫ-
τα ἀποψόμεθα)· δΙότι
δὲ ταὐτοῦ καὶ ταὐτὰ καὶ τὸ
σοφιστικὸν εἶδος ἐποίη-
σεν, λεγέσθω διαμαρτά-
νειν. εἰ δὲ τὸν περὶ τῆς ἀσΚΉΣΕ-
ΩΣ ΜΙᾶς λόγον ἴδιον ἡμῶν
ὄΝτα, καὶ ποικΐλωΣ ἐπιδΕι-
κνύμενον, τῶν φιλοσό-
φων ἀφαιΡούμενος τοῖς
Ῥητορικοῖς ἀντιΘΗσι, τὴν
ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἑαυ-

sive posteris, sive hominibus qui quondam exstiterunt, dubitationem habebimus; quia neminem videmus qui ab illis ad rectum fuerit revocatus, neque intelligimus quomodo id efficere possint. Atqui, Demetrius una cum orationibus sophistici generis, conjungens deliberativo atque judiciali generi modum dicendi quem omnes facile assequuntur; quem quidem ipse definit dicendi genus, quod in gratiam abit apud multitudinem atque apud potentes viros in legationibus, in præsentiarum quiescat (quid enim boni inde oriatur, postea videbimus); sed, propterea quod illa omnia et sophisticum genus eidem personæ tribuit, a recto aberrare dicatur. Quod si nostram commentationem quæ ad unam exercitationem pertinet, sed per diversa explicatur, philosophis eripuerit, ut illam rhetoribus attribuat; eam ipsam facultatem quæ in politicis rebus suæ

τοῦ ποΥ γενομένην ἐξουσίαν καὶ ἐπὶ τὰς Σκέψεις μετάγει, τὰς πίστεως δεομένας. ἀποτεθεωρημέΝων τοιγαροῦν ὧΔέ πΩς ἁπάντων ἃ μέρη φασί τινες καὶ διδάγματα τῆς ῥητορικῆς, ὑπάρχει ὅτι Τὰ μὲν κατέψευσται, τὰ δ' οὐθὲν Χρησιμεύει τοῖς μὴ τὰ ῥητορικὰ σοφιστεύουσι. Δῆλον ὅτι πομπεύεται παρ' αὐτοῖς τὸ μητέρα τῶν μαθημάτων καὶ τῶν τεχνῶΝ εἶναι, καὶ Ἔτι διενθΉκην καὶ ἀφετήριον τὴν ῥητορικήν· καὶ μᾶλλον ἔτι μετὰ Τῆς πειθοῦς λαμβανομένην. τὸ ΓΆρ ὑπ' ἐνίωΝ λεγόμενον ὅτι καὶ βλάΠτει προσΦΘοΡΑῖς ἁπάΣαις, εἰς ἄλλον καιρὸν ἡμεῖς ὑπΕρβάλλομεΝ. ΤΟΫτΟ μέΝτοι, μαρτυρεῖσΘαι δΙὰ Τῶν ἀποτελεσμάτων, ὡς οἱ τῇ ῥητορικῇ προΣδιατρίψανΤες

potestatis quodam modo facta fuit, reducit ad disquisitiones quæ pro-

CAP. VI.

Totius disputationis conclusio.

batione indigent. ¶ Perpensis igitur hac fere ratione omnibus quæ nonnulli appellant partes et disciplinas Rhetoricæ, constat quædam esse commenta; quædam nihil utilitatis præbere illis qui Rhetorica non utuntur more sophistarum. Manifestum est a rhetoribus in ostentationem jactari, disciplinarum artiumque matrem esse Rhetoricam, eamque præterea similem esse repositorio, vel loco unde proficiscuntur navigantes; atque multo magis ita se habere, si assumatur cum persuasione conjuncta. Quod autem a nonnullis dicitur, Rhetoricam nimirum nocere per omne incommodorum quæ infert genus, in aliud tempus differimus. Hoc vero, id est ipsius effectis, quasi testimoniis, confirmari eos qui in Rhetorica immorati sunt

ἀμείνουΣ Γίνονται τῶν ὁμογενῶν, διαστελλόμεθα φάσκοντες· εἰ μὲν ἐν τοῖς ἰδίοις ἀμείνους γίνεσθαι λέγουσιν, μὴ μόνον ψεΎδεσθαι φανερῶΣ, ἀλλὰ καὶ διανοΉσεως ἐκπίπτονταΣ ἈπάΣης· εἰ μὴ διανοητΈον ἄρα τὸν μαθόντα μουσικὸν τὰ ῥητορικὰ, μουσικώτερον ἀποτελΕῖσΘαι, τῆς ῥητορικῆς τὰ μουσικὰ μὴ διδασκούσης. εἰ δὲ τὰ κωΛύοντα τοῖς Θεωρήμασιν χρῆσθαι περιαιΡεῖν, τὸ τῇ φιλοσοφίᾳ προσὸν σφετερίζεΣΘαι, μηδὲν εἰς τὸ τοιΟῦτο ΠΡΌΣφορον προσφερομένους. εἰ δὲ πρὸς τὸ κατεργολαβεῖν μᾶλΛΟΝ Τῶν ἄλλων κομψεΊαν τινὰ περιποιουμΈνους· οὔτε πάνταΣ ἐπιδείξειν τοῦτ' ἐκποριζομένους, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον πολλοὺς ἀποΠίπτοντας, καὶ ΠΡοσΈτι ἈΤιΜΟυμένουΣ·

peritiores fieri quam eorum propinquos, accurate distinguimus; dicentes sophistas, si in peculiaribus rebus per Rhetoricam se peritiores evadere prædicant, non solum mentiri aperte, sed etiam prorsus mente labi; nisi profecto intelligere debemus musicum, qui didicit Rhetoricam, musicæ peritiorem fieri, quamquam Rhetorica musicam non edocet. Quod si contendunt se prorsus evertere ea quæ impedimento sunt ne utilitatem e præceptis percipiamus; ego contra dicam eos sibi arrogare id quod philosophiæ proprium est; dum ipsi nihil suppeditant quod ad aliquid tale conferat. Denique, si gloriantur se ad pertractandum opus multo magis quam cæteros scitamenta quædam sibi comparare; respondebo non omnes re ipsa demonstraturos esse se hoc præstare: immo potius multis male cœpta sua cedere; præterea nullo in honore haberi;

COLUMNA XLV.

οὔτε μᾶλλον Ἢ πλείονας ὑπὸ τῆς ῥητορικῆς ἢ ποιητικῆς, καὶ γραμματικῆς, καὶ φιλοσοφίας Συνεργουμένους. ἃ δὲ Γοργίας εἰσῆκται λέγων, ὁ παΡὰ πλάτωνΙ, περὶ τοῦ τὸν ῥητορικὸν ἅπαντος τεχνίτοΥ τεχνικώτερον εἶναι Δόξειν, Ἐν τοῖς ὕστερον γραΦησομένοις λόγοις ὙποθεωΡήσομεν.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

Δ'.

neque magis aut plures Rhetorica quam Poetica, Grammatica, Philosophia adjuvari. Quæ autem Gorgias dicens apud Platonem inducitur, videlicet virum rhetoricum visum iri quolibet artifice artificiosiorem esse; ea in libris posterius scribendis perpendemus.

PHILODEMI
DE RHETORICA,
IV.

ANNOTATIONES

IN

PHILODEMUM.

COLUMNA II.

V. 1. Ὅταν ἁδρῶται... Propter ὅταν, quod in Ms. suadebant elementa **TAN**, pro **ΑΔΡΟΖ**...., posui ἁδρῶται, quocum omnia cohærent. Quod ad ἁδρόομαι et ἁδρός adtinet, cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot., t. I, p. 706-708. Unum addam e Doxopat. Homil. in Aphthon. Rh. gr. Walz. t. II, p. 132 : Χαρακτῆρες δέ εἰσι τρεῖς, ἁδρὸς, ταπεινὸς, μέσος· ἁδρὸς μὲν οὖν ἐστιν ἡ κομπηρὰς ἔχων λέξεις, νοῦν δὲ ταπεινὸν, ὡς ἔχει τὰ τοῦ Λυκόφρονος, ταπεινὸς δὲ ὁ νοῦν μὲν ἔχων ὑψηλὸν, λέξεις δὲ ταπεινὰς, ὡς τὰ τοῦ Θεολόγου, μέσος δὲ ὁ μήτε νοῦν ὑψηλὸν ἔχων, μήτε λέξεις κομπηρὰς, ἀλλ' ἀμφότερα μέτρια κτλ. Ibi notandum est in cod. Ambros. omitti voces οὖν ἐστιν, cod. Taur. pro ἁδρὸς μὲν οὖν ἐστιν ἡ κομπηράς, exhibere ἁδρὸς μὲν ὁ κομπηράς, adeo ut vulgata possit hoc modo refingi: ἁδρὸς μὲν ὁ κομπηρὰς ἔχων λέξεις κτλ.

Si elementa **TAN** negligere licuisset, hæc ita restituissem : ἁδροῦ τοῦ προοιμίου μὲν ὄντος. Nihil enim habet quod offendat hæc emendatio : similia reperias in Phædri fragmento, De Natura Deorum, ubi col. III, 26, pro αὐτῷ legendum esse αὐτοῦ recte judicavit Christian. Petersen. Quem vide, p. 13-14.

V. 2. Τραχύ... Cogitabam de βραχύ, sed quum τῇ τραχύτητι valde prosit ἡ βραχύτης eamque adjuvet, Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 357, τραχύ retinui; quod h. l. significare opinor *alacritatem vehementiorem*, cui contrarium est

τὸ ὕπτιον, i. e. genus dicendi in quo omnia sunt lenta, nervis, atque robore carentia.

V. 3. Ἦ...In Ms. Є mendosum est.

V. 5. Φιλόσοφοι... Præcipue Stoici, qui multum in Rhetoricam studium conferebant. Cf. Dissert. Isagog. Cap. II, § III, p. LVII-LXXIV.

V. 6-7. Πράγμασιν ἢ τοῖς λόγοις... Hæc sæpius conjunguntur; Hermog. De Invent. III, 5, l. l, t. III, p. 111: Τὸ πᾶν ἐν ἡμῖν, καὶ λόγοις καὶ πράγμασι κτλ.

V. 8-10. Ἐπαιτιώμενος—προσδοξαζόμενος... Idem quod ἐπαιτιῶν—προσδοξάζων. Doxopat. Homil. in Aphthon, l. l., t. II, p. 279: Πάλιν ποτὲ μὲν τὰ παθητικὰ λαμβάνονται ἀντὶ ἐνεργητικοῦ, ὡς τὸ λοιδορούμενος ἀντὶ τοῦ λοιδορῶν, καὶ αἰτιώμενος καὶ μεμφόμενος ἀντὶ τοῦ ἐπιτιμῶν..

V. 12-13. Μυρίῳ μεῖζον... Apud Nostrum, De Music. col. XXXVII, v. 25-30, occurrit μυρίῳ similiter significante *multo* ante comparativum: Καὶ μυρίῳ κρεῖττον ἔχειν τὴν ἐπιθυμίαν ἢ τὴν ἀχρηστίαν ἐπιδεικνυμένους τῶν ἄλλων τιλῶν ἐκ τῆς διεξόδου περαίνοντας. Noster adludit ad Epicuri verba quæ memorat Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I (vide Dissert. Isagog. p. LXXXII), nihilque aliud e Rhetorica petendum esse docentis quam orationis perspicuitatem, cf. ibid. p. LXXVIII.

V. 15-16. Ἐπεπίστευσαν..In Ms.: Є...ΠΙΤΙϹΘЄ7ЄΑΗ.

V. 16-17. Τὴν ἄκατον...Inde Epicureum facile agnoscas. Plutarch. Adv. Epicur. t. X, p. 502-503, ed. Reisk.: Εὐδόξῳ δὲ καὶ Ἀρχιμήδει καὶ Ἱππάρχῳ συνενθουσιῶμεν, καὶ Πλάτωνι πειθόμεθα περὶ τῶν μαθημάτων, ὡς ἀμελούμενα δι' ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν, ὅμως βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται. Ταύτας μέντοι τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἡδονὰς ὥσπερ ἀεννάους ἐκτρέποντες οὗτοι καὶ ἀποστρέφοντες, οὐκ ἐῶσι γεύεσθαι τοὺς πλησιάσαντας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ' αὐτῶν κελεύουσι. Cf. Eumdem, De Audiend. Poet. t. VI, p. 53, ed. Reisk.; Quinctil. XII, 2; Wyttenbach. Animadv. in Plutarch. t. VI, p. 176-177.

Imagines e rebus nauticis depromptas libenter adhibet Plato, velut in Protagor., Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 320: Ἐγὼ

μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλεύω, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, συμβῆναι ὑμᾶς ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον, καὶ μήτε σὲ τὸ ἀκριβὲς τοῦτο εἶδος τῶν διαλόγων ζητεῖν τὸ κατὰ βραχὺ λίαν..... ἀλλ' ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, ἵνα μεγαλοπρεπέστεροι καὶ εὐσχημονέστεροι ὑμῖν φαίνωνται, μήτ' αὖ Πρωταγόραν πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐρίᾳ ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων κτλ. Idem in Conviv. ibid. t. V. p. 87: Ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μεγαλοπρεπεῖς τίκτῃ.

V. 21-22. Οἰστέον... Si, habita spatii ratione, licuisset, posuissem ἐξοιστέον, exemplo Dionys. Halic. Epist. ad Pompeium, III: Ὁ μὴν Ἡρόδοτος..... οὐκ ἐπιτράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν κτλ.

V. 23. Ἐπὶ καλὸν τῇ φύσει... Similiter, τῷ φυσικῶς καλῷ λόγῳ orationem artificialiter tractatam Noster opposuisse videtur in libro inscripto: Φιλοδήμου περὶ τῆς Ῥητορικῆς τῶν εἰς Δύο τὸ πρότερον. Hunc tantummodo novi ex iis quæ Justin. Quadrari cum Herculanensi Academia communicavit. Cf. Ragguaglio de' lavori dell' Academia Ercolanese per l'anno 1834, letto dal Segretario perpetuo Cav. F. M. Avellino, nella tornata generale de' 30 giugno 1835, p. 92-94.

V. 26: Τῆς συμπλοκῆς... In Ms.: THOCΖMΗΛΟΚω. Quod ad τῆς συμπλοκῆς adtinet, idem significare videtur atque μετὰ τοῦ τὰς ὑποθέσεις συμπλέκειν, de quo legendus Ernesti., l. l. p. 326.

COLUMNA III.

V. 1.. Ἀκριβείᾳ ἀξιολόγους... H. e. laudabiles, ut qui orationes scribant accurato studio elaboratas et castigatas; in quibus nihil luxuriet, sed ad veritatem et necessitatem usus præsentis exacta sint omnia. Cf. Ernesti., l. l., p. 11.

V. 2. Ὕψος.. In Ms.: Ζ... C. Posui ὕψος quod sensum commodum suppeditat, libenterque spatium admittit.

V. 2-3. Διεκλάμψαν... In Ms.: ΔΙCHKAΨAN, unde,

levi mutatione, facile fuit elicere **ΔΙΕΚΛΑΜΨΑΝ**.

V. 3-4. Οὐκ ἀπὸ τῶν σοφιστικῶν παραγγελμάτων... Sophistas ætatis suæ magnifica pollicitantes lacessit similiter Isocr. Adv. Sophist. V, ed. Coray: Οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις, ἄξιον ἐπιτιμῆσαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν, ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, ἣν ὡς πλείστους τῇ σμικρότητι τοῦ μισθοῦ, καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται, καὶ λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν δυνηθῶσιν κτλ.

V. 4-10. Ἡμᾶς—τριβῆς χωρίς... Me multum diuque torsi, in hoc restituendo loco. Satis confido conjecturam meam non omnino esse alienam a doctrina Epicuri qui dictitabat : Φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους· τέχνη δὲ οὐδεμία, teste Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I; Rh. gr. Walz. t. V, p. 441; Sophisticam impugnans quidem, germanæ autem Rhetoricæ non infensus, cf. Gassend. De Vita Epicuri etc., lib. VIII, 9. Hoc loco, Noster, magistri sui exemplo, lacessere videtur eos qui, sola Artis ope, eloquentiam se assecuturos esse existimabant; non ideo tamen diffitetur ingenium vera doctrina exercitationeque adjuvari; in quo consentit cum Platone, in Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 169: Εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσει ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην. Eadem docet Isocr. l. l., IX, ed. Coray.: Καὶ δεῖ τὸν μὲν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν, οἵαν χρὴ, τὰ μὲν εἴδη τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι κτλ.; Syrian. Prolegom. in Hermog. De Formis, Rh. gr. Walz. t. VII, p. 91: Χωρὶς γὰρ τέχνης ἀνόνητα τὰ τῆς φύσεως πλεονεκτήματα.

V. 10. Τριβῆς... Apud Ernesti. l. l. deest vox τριβή cujus vim definit Doxopat. Prolegom. Rhetor. l. l., t. II, p. 78: Τριβὴ γάρ ἐστι καὶ προπαίδευσις τὸ ῥητορικὸν προγύμνασμα, προπαιδεύουσα ἡμᾶς καὶ προασκοῦσα εἰς τὰ τῆς ῥητορικῆς εἴδη, καὶ εἰς τὰ μέρη τοῦ πολιτικοῦ λόγου.

V. 12. Δεῖγμα... Quid inter δεῖγμα, παράδειγμα, ὑπόδειγμα intersit, docet Joann. Siceliot., Schol. in Hermog. De Formis, I, l. l. t. VI, p. 123: Φημὶ τοίνυν ἐγὼ, ὡς γενικόν ἐστι τὸ τοῦ

δείγματος ὄνομα· σημαίνει γὰρ καὶ τὸ παράδειγμα καὶ τὸ δεῖγμα καὶ τὸ ὑπόδειγμα· καὶ τὸ μὲν παράδειγμα ἐκ τῶν γνωριμωτέρων λαμβάνεται εἰς ἔνδειξιν τῶν ἀμφιβαλλομένων.... δεῖγμα δὲ τὸ ἐκ τῶν ὑποκειμένων....ὑπόδειγμα δὲ τὸ ἀληθὲς καὶ ἀναντίῤῥητον.

V. 17. Ἀλλοκότοις ... Si leges suas ἀλλοκότους, i. e. *absurdas* vocat, hoc εἰρωνικῶς dicit subintelligens, ut opinor : *videlicet, ex adversariorum sententia.*

V. 18-22. Μαγείαν — ὡς Σοφισταί... In Ms. ΜΑΙΑ nullum præbebat sensum. Posui μαγείαν, Γ enim excidere potuit, præterquam quod in Herculan. Volum. occurrit Ι pro ЄΙ. In v. 19, pro ΟΊ ΗϹ, levi mutatione, habebam ΓΟΗϹ: scripsi, efflagitante sensu, γοητείαν. Apud veteres, magia et præstigiatoris artificia inter κακοτεχνίας aonumerabantur. Cf. Prolegom. in Hermog. Rhetor., l. l. t. IV, p. 26: Καὶ κακοτεχνία μέν ἐστιν ἡ τῶν φαρμακέων καὶ γοήτων, ἐπὶ γὰρ κακῷ τῆς πολιτείας τὰς τοιαύτας εὑρήκασι τέχνας· ἄλλο γάρ ἐστι φαρμακεία, καὶ ἄλλο γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία. Ad rem iotelligeodam apprime facit Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l. t. II, p. 107: Ὁ δὲ ῥητορικὸς εἰ καὶ αὐτὸς περὶ τῶν προτεθέντων λέγει, εἴτε ἰατρικά εἰσιν (Cod. Matr. ἐστὶν), εἴτε φιλόσοφα, εἴτε μουσικὰ, ὅμως ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον περὶ τῶν πολιτικῶν διαλαμβάνει.

V. 26. Διὰ εὐρίπων στηρίζωνται... Hæc ita restitui ex iis quæ leguntur in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XVI, v. 14—16. Στηρίζωνται scripsi ex Homer. Iliad. XXI, 241-242:

> Ὦθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος· οὐδὲ πόδεσσιν
> Εἶχε στηρίξασθαι.

COLUMNA IV.

V. 1-5. Καὶ λέγομεν — ἤδη... Hæc mirum in modum corrupta caute restitui atque interpretatus sum. Nonnihil re-

ligionis mihi movit τοῖς περί, subintellecto ἡμᾶς, quod addidissem, si licuisset per spatium. Pro ΓΑΜΟΖ, v, 3, scripsi ΥΠ' ΑΛΛΟΥ — *aliunde*, de quo legendus H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. I, p. 1540—1541.

V. 4-5. Εἴρηται... Sive in ea parte hujus libri quæ interiit, sive in aliis de Rhetorica voluminibus, hactenus non editis.

V. 8-12. Φιλοσόφων—τῆς ῥητορικῆς... In hoc consentiunt Technologi. Cf. Sopat. Schol. in Hermog. Rhetor. Rh. gr. Walz. t. V, p. 27; Ejusdem Syrianique Schol. in Hermog. De Statibus, l. l., t. IV, p. 301; Auctor. Prolegom. De Statibus, l. l. t. VII, p. 44; Gregor. Corinth. Schol. in Hermog. De Methodo, ibid. p. 1107.

V. 12-16. Θαυμάζω—κατηγορεῖν... Hæc expiscari conatus sum, adjuvante Aristot. Rhet. II, 23: Ἄλλος (subintell. τόπος), ἐπειδὴ ἐπὶ τῶν πλείστων συμβαίνει, ὥσθ' ἕπεσθαί τι αὐτοῖς ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦντος προτρέπειν ἢ ἀποτρέπειν, καὶ κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν..... Ὁ τόπος οὗτός ἐστιν ἡ Καλλίππου τέχνη. Idem, ibid.: Ἄλλος, κοινὸς καὶ τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ τοῖς συμβουλεύουσι, σκοπεῖν τὰ προτρέποντα καὶ ἀποτρέποντα, καὶ ὧν ἕνεκα καὶ πράττουσι καὶ φεύγουσι... Καὶ προτρέπονται δ' ἐκ τούτων, καὶ ἀποτρέπονται ἐκ τῶν ἐναντίων· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ κατηγοροῦσι καὶ ἀπολογοῦνται· ἐκ μὲν τῶν ἀποτρεπόντων, ἀπολογοῦνται· ἐκ δὲ τῶν προτρεπόντων κατηγοροῦσιν. Ἔστι δ' ὁ τόπος οὗτος, ὅλη τέχνη ἥτε Παμφίλου καὶ ἡ Καλλίππου.

V. 17. Τραγικεύεται... Scripsi τραγικεύεται, ad mentem Cic., De Orat. I, 51: « Neque vero *istis tragœdiis* tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor, quod ista dixisti. »

V. 17-18. Ἑνὶ λόγῳ λέγειν... In Ms.: ΕΝΟΛ.....ΓΕΙΝ h.e. ἐν ὀλίγῳ λέγειν, ubi mendosum aliquid inest. Schol. Platon. Conviv. Bekk. ed. Lond. 1826, t. IX, p. 52: Ὡς ἔπος εἰπεῖν— ὡς φαίνεται, ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. Τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος, καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν... Οἱ δέ φασιν ἀντὶ

τοῦ ὡς φαίνεται κεῖσθαι, ἢ ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν λόγῳ εἰπεῖν. Quem citans Blomfield., Glossar. in Æschyl. Pers. v. 720, addit: « ὡς ἑνὶ λόγῳ, ut in Phædon., p. 65, ed. Wyttenbach. Corruptius Phavorinus: ὡς ἐν ὀλίγῳ, errore satis obvio. » De confusione ἐν ὀλίγῳ et ἑνὶ λόγῳ, cf. Not. in Platon. Phædon. Bekk. l. l. t. V, p. 316. Unde liquebat apud Philodemum pro ἐν ὀλίγῳ λέγειν, legendum esse: ἑνὶ λόγῳ λέγειν.

V. 18-19. Ἀμφιβολίας... Aristot. Rhet. III, 5, tradit quem ad finem ἀμφίβολα adhiberi possint: Ἓν μὲν δὴ, τὸ εὖ ἐν τοῖς συνδέσμοις. Δεύτερον δὲ, τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν, καὶ μὴ τοῖς περιέχουσι. Τρίτον, μὴ ἀμφιβόλοις· ταῦτα δὲ, ἂν· μὴ τὰ ἐναντία προαιρῆται· ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηθὲν ἔχωσι λέγειν, προσποιῶνται δέ τι λέγειν.

V. 20-21. Τῶν ἄρθρων φησίν... Idem, de articulorum usu, ibid. 6: Καὶ μὴ ἐπιζευγνύναι, ἀλλ' ἑκατέρῳ ἑκάτερον· τῆς γυναικὸς, τῆς ἡμετέρας. Ἐὰν δὲ συντόμως, τὸ ἐναντίον· τῆς ἡμετέρας γυναικός.

V. 22-23. Ἐπαγορεύοντας... Intelligo illos qui jam dictis aliquid adjiciunt, cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. III, p. 1366; videlicet, ut quasi per ἔνστασιν urgeant et instent.

V. 23-24. Συνδέσμους συναντAποδιδόναι... Accurate reddendas esse conjunctiones Isocrates tradidit in libro De Dictione, cujus fragmenta suppeditat Max. Planud. Schol. in Hermog. De Formis, I; Rh. gr. Walz. t. V, p. 469: Δεῖ δὲ... καὶ τοὺς συνδέσμους τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι, καὶ τὸν ἑπόμενον τῷ ἡγουμένῳ ἀνταποδιδόναι. Sic Aristot. Rhet. III, 5: Ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως, τὸ ἑλληνίζειν. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε· πρῶτον μὲν, ἐν τοῖς συνδέσμοις.... Δεῖ δὲ ἕως μέμνηται, ἀνταποδιδόναι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μακρὰν ἀπαρτᾶν, μήτε σύνδεσμον πρὸ συνδέσμου ἀποδιδόναι τοῦ ἀναγκαίου· ὀλιγαχοῦ γὰρ ἁρμόττει. Contraria docet Demetrius, De Elocutione, LIII, ed. Schneider.: Χρὴ δὲ καὶ τοὺς συνδέσμους μὴ μάλα ἀνταποδίδοσθαι ἀκριβῶς· οἷον τῷ Μὲν συνδέσμῳ τὸν Δέ. Μικροπρεπὲς γὰρ ἡ ἀκρίβεια· ἀλλὰ καὶ ἀτακτοτέρως πως χρῆσθαι κτλ.

V. 25. Τοῦτον... Intelligendum esse videtur de Sophista quem confutare Philodemus aggressus est. Similia reperias in Rhetorica, Neapoli edita, ann. 1832, col. V-VI: Ταῦτά τε δὴ

αὐτοῖς περίεστιν ἐκ τοῦ πράγματος, καὶ ἅμα συνδέσμοις ἕπεσθαι προσεχῶς, καὶ πτώσεσιν ἐν τοῖς λεγομένοις.

COLUMNA V.

V. 5-8. Ἐποιήσαντο — οἱ παλαιοί... Hæc ut restituerem, pro versu 5 montrose adulterato, elementis inter versus 4 et 5 exaratis usus sum, ex iis quæ eruditissimus atque sagacissimus Rosinius diserte tradit, in præfat. Philodem., de Music., p. 19 : « Modo aliæ aliis in interjecto spatio linearum impositæ litteræ cernuntur, quod vel argumento est inferioribus deletis superscriptas esse retinendas, vel in infra scripta dictione illas esse inserendas. » Quod si quibusdam hæc emendandi ratio paulo liberior videatur, alteram conjecturam de v. 2 — 8, iis subjiciam : Ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν παραλλαγὴν ταύτην οὐκ ἐκ τῶν σοφιστικῶν τεχνῶν οὗτοι ἐποιήσαντο, τάσδε τέχνας τοιαύτας οἱ διαπονήσαντες. Ταύτας μέν φασιν κατατελέσαι τοὺς παλαιούς· λόγους δὲ πλεῖον ἐμελέτησαν οἱ νεώτεροι κτλ.

V. 7-8. Οἱ παλαιοὶ—οἱ νεώτεροι... Rhetoricæ ortum progressusque narrat Aristot. Sophist. Elench. Cap. XXXIV: Οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες, παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον· οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες, παραλαβόντες παρὰ πολλῶν, οἷον ἐκ διαδοχῆς, τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι. Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον καὶ πολλοὶ πολλὰ συνενηνόχασι μέρη· διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην.

V. 12-13. Τέταρτον... Notabilis in primis locus de *quarto* Rhetoricæ genere, cujus meminit Anonymus apud Spengel., Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 184-185: Εἰδέναι χρὴ ὅτι γένος μὲν εἶναί φασι τὴν ῥητορικήν· εἴδη δὲ αὐτῆς οἱ μὲν δύο, πραγματικὸν καὶ ἐπιδεικτικόν· οἱ δὲ τρία· δικανικὸν, συμβουλευτικὸν, πανηγυρικόν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ τέταρτον τούτοις προστιθέασιν, τὸ ἱστορικόν. Ubi Spengel. exclamat : « Utinamne auctorem hujus sententiæ

innominatum Syrianus neglexisset; nam ex *omnium rhetorum* scriptis quæ haud pauca supersunt, quartam hanc speciem *solus* habet Anonymus περὶ ῥητορικῆς apud Galeum, p. 188. » Monuimus, in Dissert. Isagog., p. XXXIX, hujus Anonymi nomen invenisse Cl. Boissonad., inde ab anno 1815. Ex hoc Philodemi libro colligi potest Rufum non solum fuisse apud quem occurrebat hujus quartæ speciei mentio. Quod si Nostri locus minus probabilis videtur, utpote mancus, addam Joann. Siceliot., Schol. in Hermog. De Formis, II; Rh. gr. Walz. t. VI, p. 456: Καὶ οὐ προσεκτέον Θέωνι καὶ Σωπάτρῳ, παρὰ τὴν κοινὴν δόξαν καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους, τέταρτον εἶδος τῆς ῥητορικῆς τιθεμένοις. Quod Theoni et Sopatro minime contra opinionem Aristotelis ratum fuisse dicit Anonymus, Schol. in Hermog. De Invent. III, l. l. t. VII, p. 794: Τὸ παρὸν δὲ τοῦτο παράγγελμα οὐ περὶ τῶν ἐναγωνίων ἐστὶ διηγημάτων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἁπλῶς, ἱστορικῶν φημι καὶ πανηγυρικῶν· ἀντιδιαστέλλομεν γὰρ τὸ ἱστορικὸν τοῦ πανηγυρικοῦ, Ἀριστοτέλει ἐξακολουθοῦντες, τέταρτον τοῦτο εἶδος ἐπεισάγοντι ῥητορικῆς.

V. 15-16. Πολιτικῶν—πλημμελημάτων... Quæ definit Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l., t. II, p. 559: Κατὰ πόλεων δὲ πλημμελήματα μοιχεῖαι, προδοσίαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα οἱ κατὰ πόλεις πλημμελοῦσιν.

V. 24-26. Διαιρετῶς — τάχιστα... In Ms. διαιρετῶς suadebant elementa ΔΙΑΡΕΓω, ubi γ ponitur pro τ, quod sæpe fit in Herculan. Volum. Ex elementis ΚΑΛΙΠΡΕΠΕΣ, facile fuit elicere ΚΑΙ ΑΠΡΕΠΕΣ. Deinde, v. 25, ΜΑΛΑΚΑΙΣΙΝ divisi in ΜΑΛΑ et ΚΑΙΣΙΝ, ubi, pro hac voce truncata, in mentem venit scribere, sive ΚΗΦΗΝΙΔΟΥ, sive ΚΗΦΙΝΙΔΟΥ. Nihil enim habet quod offendat Η positum pro ΑΙ, quum hæc millies confundantur. Cephenidis sophistæ vel rhetoris mentionem habes apud Nostrum in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. VI, v. 17—18: Πλὴν μὴν Κηφηνίδης πλούσιος, οὕτως συκοφάνταις πρόσοδος μόνον ἐστὶν κτλ. Ibid., p. 6: » Quis iste Cephenides, vel Cephenedes sophista fuerit, ob scriptorum silentium nobis latet;

cæterum parum honorifice eum Auctor nominat, ut propterea non magni nominis rhetor fuisse videatur.» Unde colligere licet in Philodemi verbis, præcipue col. VI, v. 1—2, σκωμμάτιόν τι inesse.

COLUMNA VI.

V. 6. Δικαιώματα... Troilus, Rhetor. Prolegom. Rh. gr. Walz, t. VI, p. 48: Τὸ Δικανικὸν ἀποδιδοὺς (subintell. Ὅμηρος) τῷ Ὀδυσσεῖ, δεικνὺς ὡς τοὺς ἀγωνιστὰς δεῖ πολλῶν εὐπορεῖν δικαιωμάτων.

V. 6-10. Εἰς δέκα τι—αὐθεντῶν... Tam multa desunt ut, quamquam in h. l. restituendo plurimum temporis a me sit consumtum, tamen nescio an satius fuisset hæc in medio tamquam desperata reliquisse. Quod ad εἰς δέκα—πρὸ αὐτῆς αὐθεντῶν adtinet, legendus Schol. Aristophanis, Plut. v. 277. Apud Athenienses olim duæ curiæ fuerunt: altera περὶ τῶν φονικῶν, id est de capitalibus causis, pronuntiabat. Sedes hujus Ἀρειόπαγος. Judices qui perpetuum magistratum gerebant dicebantur Ἀρεοπαγῖται. Altera judices annuos habuit, qui tractabant τὰ δημοτικά, i. e. publicas causas. Erant a principio quinquaginta, unde vocabantur τῶν πεντακοσίων βουλή. Quum autem jurisdictio in tanto numero judicum erat impeditior, visum est ex quinquaginta illis decem tantum quotannis eligere; rursus unum ex decem viris illis creandum qui reliquis novem præesset: hic Ἄρχων appellabatur, alii Πρόεδροι. Electio hoc modo fiebat: decem litteræ ab α usque ad κ sigillatim in tabellis expressæ in καδίσκον, h. e. sitellam vel urnam confuse injiciebantur, unde ordine eductæ in singulos distribuebantur. Cui α contigisset Ἄρχων erat: reliquis ordo litterarum in judicando ordinem designabat locorum. Ductis sortibus præco virgam dabat jurisdictionem sortitis, quo gestamine insigniti et in curiam proficiscebantur et de curia abibant.

Hæc me adduxerunt, ut scriberem: εἰς δέκα τε ἄνδρας ἑκάστης φυλῆς φασι ἐλθόντας κτλ.

V. 13-15. Καθ' ἁπλᾶς — προσφερομένων ... Hæc me diu suspensum tenuerunt quum de verbis, tum de sensu. Verba restitui, conjecturis fretus quas suadebant litteræ superstites atque ipsa spatii ratio. Διανοήσεις significare arbitror idem quod διανοίας, sicut apud Plutarch. De Solertia Animal., t. X, p. 9-10, ed. Reisk. : Τούτων γὰρ οὐδὲν, ὅ τι μὴ λογικόν ἐστι, καὶ πάντα τοῖς ζώοις ὑπάρχει πᾶσιν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὰ περὶ τὰς νοήσεις, ἃς ἐναποκειμένας μὲν ἐννοίας καλοῦσι, κινουμένας δὲ διανοήσεις. Cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot. t. II, p. 1253. Κατανοήσεις interpretor *altas rerum comprehensiones* vel *cognitiones*. Quod si Philodemus in his vocibus paulo subtilior esse videatur, consulto rem ita evenisse vero simile esse dicam : nimirum voluit, quasi proposito exemplo, manifestam facere sophistarum nimiam de affectato verborum assonantium exitu curam.

V. 20. Ἀτοπίας... Obvia est hæc vox apud rhetores; Anonym. Prolegom. in Hermog. Rhetor. l. l., t. IV, p. 10 : Ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ λέγειν τὰ τοιαῦτα πάσης ἐστὶν ἀτοπίας ἀνάμεστον· ἄλλως τε δὲ καὶ παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἄλλως λέγονται καὶ ἄλλως νοοῦνται.

COLUMNA VII.

V. 1-3. Τὸν Φοίνικα — Ὅμηρος... Id quod Phœnix ipse narrat apud Homer. Iliad. IX, 438-443 :

....Σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς
Ἤματι τῷ, ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπεν
Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο,
Οὐδ' ἀγορέων, ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσιν.
Τοὔνεκά με προέηκε, διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Cic. De Orat. III, 15 : « Ut ille apud Homerum Phœnix, qui se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad

bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. »

V. 10. Μηδένα ἧφθαι... In Ms.: [ΜΗ ЄΙ ΓΑΛЄΦΟΑΙ. Si quibus magis arridet, μὴ πᾶν ἧφθαι, libenter assensu meo comprobo.

V. 12. Οὗτος... Ib.: Ο7.... h. e. οὗτος. Quod si hoc e præcedenti οὕτως ortum videatur, legere erit αὐτός, nimirum Sophista quem Noster ubique confutat.

V. 16. Στεφάνου... Plutarch. in Pericl. XXVIII: Ὁ δὲ Περικλῆς καταστρεψάμενος τὴν Σάμον, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ταφάς τε τῶν ἀποθανόντων κατὰ τὸν πόλεμον ἐνδόξους ἐποίησε, καὶ τὸν λόγον εἰπὼν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπὶ τῶν σημάτων ἐθαυμαστώθη. Καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος, αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον· ἡ δ' Ἐλπινίκη προσελθοῦσα πλησίον· ταῦτ', ἔφη, θαυμαστὰ, Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων.

V. 21-23. Τάχα — τὰς διατριβάς... Inter Gorgiæ discipulos Periclem nonnulli annumeraverunt, his nixi Philostrati verbis, Vit. Soph. lib. I, p. 497, ed. Morel.: Ὁ δὲ, οἶμαι, καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἀνηρτήσατο, Κριτίαν μὲν καὶ Ἀλκιβιάδην νέω ὄντε· Θουκυδίδην τε καὶ Περικλέα ἤδη γηράσκοντε. Quos refutans Spengel., Συναγωγὴ τεχνῶν p. 64-68, demonstrat, Periclis tempore, eloquentiam siculam ignotam fuisse Athenis.

Quod si minime audiendi sunt ii qui Periclem e Gorgiæ placitis copiam dicendi hausisse contendunt, id tamen constat apud Græcos, priusquam Siculorum schola Athenas venisset, oratoriam artem emersisse, opera sophistarum qui rebus ad exercendam eloquentiam commodis incubuerunt. Cf. Dissert. Isagog. p. XXXV-XXXVII. Neque mirum est, arte oratoria jam tum increscente Grammaticæque excitante studia, nonnullos ad ætatem Periclis Rhetoricæ exordia revocasse. Quod ad Thucydidem adtinet, eum sectatum esse Prodicum Antiphontemque docet Schol. in Duker. annotat. p. 648. Unde colligere possumus, Periclis Thucydidisque tempore, de Grammatica atque Rhetorica nonnulla fuisse inchoata.

V. 23-25. Ἰσχυκέναι—εἰ μή τις τῶν. . . Hæc in Ms. ita exhibentur, litteris quas uncis includo, in margine exaratis: ΙϹ[Χ7Κ]ΘΝΑΙΔЄΟ7ΔЄΙ ΜΗΤΙϹΛΗω. Ubi ΙϹΧ7ΚΘΝΑΙ=ἰσχυκέναι, quum Θ et Є sæpe confundantur; cf. col. X, v. 24; col. XXVI, v. 1; col. XXXVII, v. 7; col. XLI, v. 10; Koen., in Gregor. Corinth. de Dialect., p. 411. V. 24, Ο7ΔЄΙ=οὐδεὶς εἰ, facili lapsu, propter similitudinem sonorum concurrentium ЄΙϹ, ЄΙ. Ex elementis [ΛΗω], levi mutatione, elicias ΛωΗ=τῶν, namque Τ et Λ; Η et Ν in Hercul. Volum frequenter permutantur.

COLUMNA VIII.

V. 2-3. Μετὰ—διατριβῶν... Hæc interpretatus sum, quasi Auctor dixisset: μετὰ τὸ ἰσχῦσαι τὰς διατριβάς.

V. 4-6. Τῶν, πρὸ τοῦ—διαλεχθέντων... Noster, col. VII, v. 21-23, meminit illorum qui rhetoricas exercitationes, Periclis Thucydidisque ætate, exordium habuisse arbitrabantur. Nunc innuit oratores qui floruerunt, priusquam Rhetorica in lucem prodiret, de quibus Cic. Brut. VII: « Opinio est et eum qui, multis annis ante hos (h. e. Periclem Thucydidemque) fuerit, Pisistratum et paulo seniorem etiam Solonem, posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex atticis monumentis potest perspici, Themistocles fuit, quem constat quum prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse.... Cleonem etiam temporibus illis, turbulentum quidem illum civem, sed tamen eloquentem constat fuisse. Huic ætati suppares Alcibiades, Critias, Theramenes. » Eorum omnium eloquentiam

describit, ibid. : « Quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis.... intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri. » Narrat Rhetoricæ ortum, ibid. VIII : « Sed ut intellectum est quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio, tunc etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. » Cf. Plutarch. Themistoc. II.

V. 8-9. Ἀγορεύοντες... In Ms.: ΑΓΗЄ7. . ΤЄϹ. Nemini dubium videbitur, quin Η ponatur pro ΟΡ, lacunaque expleri debeat per litteras ΟΝ. Quod ad ἀγορεύειν adtinet, audiendus Doxopat. Prolegom. Rhetor. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 8-9 : Τὸ δὲ ἀγορεύειν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἐν λόγοις καὶ βουλαῖς ἔχειν τὰ τοῦ δήμου πράγματα.

V. 10. Διατριβικῶν... Hanc vocem quæ in Lexic. decrat, addiderunt DD. Edit. H. Stephan. Thes., t. II, p. 1359, ed. Didot., e Polyb. Excerpt. p. 395, ed. Mai. : Εὐήθες καὶ μειρακιῶδες, καὶ διατριβικὸν φαίνεται. Ibid., p. 401 : μειρακιώδεις καὶ διατριβικοί. Quibus in locis arbitrantur significare *scholasticum*, cf. Philodem. col. X, v. 14. Significat quoque *illum qui exercitationibus rhetoricis incumbit*, sicut h. l. interpretor. Vide Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1832, col. XII, v. 26-32 : Τὸν μὲν τοίνυν διατριβικὸν ῥήτορα πῶς ἂν λέγοιμεν, καθόσον ῥήτωρ, ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολιτικὸν, ὅς γε οὐδ' ὅλως πολιτικὸς εὑρίσκετο, καθόσον ῥήτωρ ;

V. 15. Οὗτος... Videlicet Sophista quem confutare Philodemus aggressus est.

V. 16. Καπανεύς... Quemnam Noster Capaneum appellaverit investigandum est. Agitur de audacia eorum qui non dubitabant opponere oratori copiam dicendi adepto per multam in eloquentia insumtam operam, Capaneum viribus naturæ fretum, neque aliis imparem, quamquam per se doctum, h. e. Αὐτοδίδακτον, qualis fuit ille homericus Phemius, Odyss. XXII, 347. Ad mythica tempora confugi, ubi occurrit Evadnes maritus ; unus e sep-

tem ducibus qui Thebas obsederunt, ante omnes ferocia et temeritate insignis; qui fulminis ictu cecidit, quia contra Jovis voluntatem hanc urbem se capturum esse jactitabat. Quid si, h. l. per Capaneum ἀλληγορικῶς designari dixerim oratores illos, qui suo ingenio confisi, opem artis dedignabantur; seque, neglecto labore, summam eloquentiam assecuturos esse dictitabant? Solemnis apud veteres ille mythicarum imaginum usus; cf. Platon. Phædr. Bekk., ed. Lond., 1826, t. I, p. 166-167: Τί δαί; τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ὧν νῦν δὴ ἡμεῖς διῆμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων, βραχυλογιῶν τε καὶ εἰκονολογιῶν καὶ ὅσα ἄλλα διελθόντες ὑπ' αὐγὰς ἔφαμεν εἶναι σκεπτέα κτλ. Variant interpretes: satis probabiliter Heindorf. docet significari aliquem prioris ævi oratorem qui, absque rhetorum artificiis, dicendi arte polleret; Adrastum nempe, quem e temporibus omnium figurarum rudibus, siculis Plato opponit rhetoribus. Cf. Protagor. l. l., p. 269, ubi Hippiæ sophistæ avaritiam tangere videtur, Tantali appellatione, adludens ad Homer. Odyss. XI, 582:

Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον, χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα.

V. 24. Κατὰ τὸν λόγον... H. e., *rationabiliter*, sicut De Music. col. IV, v. 29: Καὶ μὴν νῦν διὰ μισθωτῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλὰ τερετίζειν ἐμπειρίας, κατὰ τὸν λόγον, πρὸς τιμὴν τοῦ Θείου συνεργεῖν. Cf. Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1835, col. VI, v. 6.

COLUMNA IX.

V. 1-5. Διόπερ — ἢ ἀπαιδεύτως... Ea quæ scripsi Ms. nitide exhibet: hoc in causa fuit cur sollicita diligentia omnia retinerem. Adludere Noster videtur ad sophistas qui de omni re, quæcumque in disceptationem vocaretur, se copiosissime dicturos esse profitebantur; sive essent instituti liberaliter educatione, doctrinaque puerili; sive scientia atque exercitatione minime valerent. Similia de antiquis

sophistis, e Platonis Gorgia, tradit Cic. De Orat. III, 32: « Namque illos veteres doctores auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni orationis ratione versatos. » De re audiendus Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz., t. IV, p. 41: Τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων τέχνην ῥητορικὴν βεβαιούντων αὐτὸς οὗτος ὁ προειρημένος σοφιστὴς ἀλόγῳ τριβῇ ταύτην κατορθοῦν διετείνετο.

V. 13-16. Οὐ πεπαιδευμένων—διατριβαῖς... In Ms.: ΔΙΑΤΡΟ.Ν. Cogitaveram de διατροφαῖς, vel potius ἀνατροφαῖς, idem significante atque τροφαί, h. e. *documenta quæ tradit educatio*; id quod reperias apud Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 179: Παντάπασι γὰρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν περὶ πραγμάτων, ἢ καὶ ἀνθρώπων γε τοιούτων φύσει ὄντων ἢ τροφῇ, τὸν μέλλοντα ἱκανῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι. Quid inter τροφήν et ἀνατροφήν intersit, explicat Doxopat. Homil. in Aphthon. Rh. gr. Walz. t. II, p. 429. Cf. Euripid. Iphigen. Aulid. v. 551, ed. Boissonad.:

Τροφαὶ θ' αἱ παιδευόμεναι
Μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.

Scripsi διατριβαῖς, quod minus temerarium visum est. Ad rem apprime facit Isocr. Adv. Sophist. VIII, ed. Coray.: Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορῆσαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δηλῶσαι διάνοιαν, ἡγοῦμαι πάντας ἂν μοι τοὺς εὖ φρονοῦντας συνειπεῖν, ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν, καὶ λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν.

V. 21. Χρυσὸς ἦν ἄν... Kuster. in Eunap. fragm. § 18, p. 510, ed. Boissonad.: « Elegans est proverbium, quod dicitur de re quadam expetenda et alteri longe præferenda. » Cujus notam integram non describit Cl. Eunapii Editor, ideo quod sua Kuster. sumsit e Valesianis quæ ipse exhibet, p. 482. Cf. Wyttenbach. ad Phædon. p. 181; Blomfield. Glossar. ad Choeph. 366; Boissonad. in Euripid. Troad. 440.

V. 25-26. Καὶ—διαφεύγειν... Hæc e Cl. Passov. recitat H. Stephan. Thes. ed. Didot., t. III, p. 219.

V. 26. Κἀμπρεπές... In Ms.: **ΚΑΝΓΡΟΓΕС**, ex quo facile erat elicere **ΚΑΜΓΡΕΓΕС**, ubi in syllaba **ΚΑΜ** latet **ΚΑΙ ΑΜ**, ut **ΚΑΜΓΡΕΓΕС** sit pro καὶ ἐμπρεπές. Quod adtinct ad **Ο** pro **Є**, hæc sæpissime permutantur in volum. Herculan.

COLUMNA X.

V. 4. Ἐπεσκεμμένους... Hæc vox usitatissima est apud rhetores ; satis erit pauca afferre exempla. Hermog. De Statibus, I, Rh. gr. Walz., t. III, p. 9 : Τοὺς δὲ μήπω.... εἰς τὰ λεγόμενα κεφάλαια τῶν ζητημάτων ἐπεσκεμμένους. Cf. Eumdem, ibid., III, l. l. p. 32. Idem significat ἐσκεμμένος, De Formis, II, l. l., p. 343. Longinus, De Sublim., XVIII, ἐσκεμμένα vocat *commentata* sive *meditata* : Οὕτως τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, εἰς τὸ δοκεῖν ἕκαστον τῶν ἐσκεμμένων ἐξ ὑπογυίου κεκινῆσθαί τε καὶ λέγεσθαι τὸν ἀκροατὴν ἀπάγον.

V. 8-9. Καὶ ποιηταῖς... In Ms.: **ΚΑΙΝ.ΟΗΤΑΙC.** Censui scribendum esse καὶ ποιηταῖς, nisi prætuleris ποηταῖς, ex iis quæ annotantur apud Philodem. De Music., col. VI, v. 6. De forma ποιεῖν et ποεῖν legeudi Buttmann. Gr. gr., vol. II, p. 384 ; Boissonad. in Theocrit. p. 240 ; Sinner. in Aristoph. Nub. p. 110.

V. 10-11. Τῶν σοφιστῶν τῇ ὀρθοεπείᾳ... Quum latæ significationis sit vox ὀρθοέπεια, cf. Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 234, exponendum est quid h. l. intelligam per verba τῶν σοφιστῶν τῇ ὀφθοεπείᾳ. Heindorf., Annotat. in Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 162, recitat aptamque esse arbitratur explicationem Schol. in Anecdot. Sichenk. p. 70 : Ὀρθοέπεια, τούτεστι κυριολεξία· διὰ γὰρ τῶν κυρίων ὀνομάτων μετήρχετο ὁ Πρωταγόρας τὸν λόγον καὶ οὐ διὰ παραβολῶν καὶ ἐπιθέτων. Ex iis autem quæ monui, Dissert. Isagog., p. XXXVI-XXXVIII, colligi potest Protagoram, Prodicum Ceum, Hippiam Eleum, qui grammaticis rebus curam impenderunt, attigisse multa quibus constabat *recta dicendi ratio*, quæ pro-

fecto fuit prior et sana ὀρθοέπεια. Cæteri sophistæ, inde a Polo, poeticum vestitum, numeros dulces vel effœminatos, figurarum immodicum usum, poetarumque dictionem in solutam orationem importarunt. Quam ob causam hoc ita factum sit docet Aristot. Rhet. III, 1: Ἐπεὶ δὲ οἱ ποιηταὶ λέγοντες εὐήθη, διὰ τὴν λέξιν ἐδόκουν πορίσασθαι τήνδε τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου· καὶ νῦν ἔτι οἱ πολλοὶ τῶν ἀπαιδεύτων τοὺς τοιούτους οἴονται διαλέγεσθαι κάλλιστα. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. Hæc dictionis pigmenta Philodemus εἰρωνικῶς, ut opinor, vocabat τὴν τῶν σοφιστῶν ὀρθοέπειαν, voce pejorem in partem accepta, ut significaret nimium affectatas in dicendo delicias et festivitates, quas sophistæ existimabant ὀρθοέπειαν esse κατ' ἐξοχήν. Quam conjecturam ut obfirmem, addam judiciale deliberativumque genus ante demonstrativum exstitisse, veteresque artium scriptores judiciale genus in primis tractasse; vide Spengel. Συναγωγὴ τεχνῶν, p. 12 sqq.; 182-188. Idem fecerunt sophistæ, quamvis ostentationi studerent ante omnia. Antiphon, sophistarum scholis egressus, eorum artificia accepit et probavit, quum in arte rhetorica quam evulgaverat, tum in orationibus. Veri simile est Thucydidem quoque nonnulla mutuatum fuisse a sophistis. Quid proinde mirum, si oratores, etiam quum in foro atque in judiciis versabantur, tempore cujus Noster meminit, sophistarum vestigia secuti fuerunt? Haud absimilia tradit Cic., Orat. XXVII: « Est enim quoddam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum *e sophistarum fontibus defluxit in forum* etc. »

V. 17-18. Προεκπιπτόντων... Eumdem in usum ἐκπίπτειν adhibuerunt Syrianus atque Sopater, Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz., t. IV, p. 210: Ἐκπίπτουσι γὰρ τοῦ στοχασμοῦ, ὅ τε παράδοξος καὶ ὁ ἀπὸ γνώμης καὶ οἱ ἀντεγκληματικοί, καὶ οἱ ἀτελεῖς ἐκ πραγμάτων κτλ.

V. 19. Τούτους... In Ms. ΤΟΥΤΟΥϹ pro τούτους esse nemo diffitebitur.

V. 20. Ἐν τοῖς πλαστοῖς.. Philodemus, De Music., col. XXIII, v. 5-7, contendit pictorum fictorumque artem habere analogiam ad Criticam, Grammaticam, Poesim, Histrionicam. Cf. Schol. ibid., p. 100. Sic junguntur πλάσσω atque γράφω apud Lucian. Imagin. XXIII: Ἀναμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἥν τε σὺ ἔπλασας τὴν τοῦ σώματος, καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγραψάμην.

V. 21-22. Ἀστοχάστους... Vox Lexicis inserenda. Idem significat quod ἄστοχος.

V. 25. Addidi περί, quod Grammatica requirebat.

COLUMNA XI.

V. 1. Τοὺς δὲ φιλοσόφους... Loquentem audis Epicuri discipulum, infensum rhetoribus (cf. Dissert. Isagog. p. CII, sqq.), quos asserit ab omni meditatione fuisse alienos; philosophos autem ait esse σκεπτικωτάτους. Quam ob causam sophistas deseruerit Epicurus, narrat Sext. Empir. Adv. Mathem. X, 18: Ὁ μὲν γὰρ εἰπών—εἴπερ αὐτοὶ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν ἴσασιν. Cf. Diog. Laert. X, 2.

V. 7-20. Τὸ γὰρ αὖ—ἔφη... Hæc transcribens sic ut in Ms. exhibentur, uncis includo litteras quæ in margine exarantur: ΤΟΓΑΡΑ7[Γ] ΡΙΤω....ЄΙΤΙ ωΝΓ[ΡΑ Γ]ΜΑΤωΝΤ 7Τ ΛЄ[ΓЄΙΝΑ]7ΤΟΝ7ΓΑ ΗΟ7..ΜЄΙΝ [ΓΑΛΙ]ΗΟ7ΚЄΓΙΤΟЄΓЄ .... ΤΑ[Θ7ΓΟΔ] ΙΓΜΑΤΑ...........ЄΙΤΗ [ΛЄΞЄΙ]ΛΧЄΙCΙΑCΓΑΟΜΗΘЄΙC[ΚΑΙΓΡΟ] ΑΓΟΡЄ7ωΝΤΗΝΔΙΑΦЄ7[ΞΙΝΑ71]ωΝ ΟΡΘΟЄΓЄΙΑΝΟ7 [ΜΗΝΑΛ] \ΑΤΟ7CΡΗC CΡΑCЄΙ[ΚΑΤΟΡC]7ΝЄΝΤΟΙCΡΗΤΟΡΙΚΟΙ C [ЄΛЄΓ] ΤΙΓΡΟCΤΟ. ΔΙΑΛЄΚΤΙ [ΚΟΝЄ] ЄΤЄΝΟ71 ЄΛЄΙΧΟΝ[ΓΟΙΟ7]ΜЄΝ ΦΗ. In mentem mihi venerat scribere: Τὸ γὰρ αὖ περὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ταὐτὰ λέγειν αὐτὸς ὑπακούειν μέλλειν, πάλιν οὐχ

ἐπὶ τὸ ἔπειτα τάδ' ὑποδείγματα ἀποφέρει, ἐν τῇ λέξει ἀχειρίας πάσας τιθείς, καὶ προσαγορεύων τὴν διάφευξιν αὐτῶν ὀρθοέπειαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς ῥήτορας εἰ κατορθοῦν ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἔλεγε, τί πρὸς τὸν διαλεκτικὸν ἔλεγεν οὗτος· (ἔλεγχον ποιουμένῳ γὰρ ἔφη προσδεήσεσθαι τῆς ῥητορικῆς), ἢ πρὸς κτλ. Quum vero paulo impeditiora viderentur verba οὐ μὴν ἀλλὰ — ποιουμένῳ, ad alteram conjecturam confugi. Ex iis quæ restitui videtur Noster carpere Sophistam de rebus politicis eadem se dicturum esse jactitantem; nequaquam vero stantem promissis. Εἰρωνικῶς addit: ἐν τῇ λέξει ἀχειρίας πάσας τιθεὶς κτλ. Epicurei Rhetoricam politica Arte longe inferiorem existimabant, cf. Dissert. Isagog. p. CIII-CVI; in quo peripateticorum seutentiam sequebantur. Apud eos enim id moris fuit, ut, temporis argumentive habita ratione, eosdem quos lacessiverant auxilio vocarent: neque est quod miremur si Philodemus, Aristoteli infensus, suum tamen in usum adhibuerit ejus doctrinam de rebus ad genus deliberativum pertinentibus, Rhet. I, 4; quamvis Stagirites alibi pronuntiet Rhetoricam esse tamquam agnatum quiddam Politicæ et Dialecticæ. Cui assentitur Fr. Baco de Verulam., De Dignitate et Augmentis Scientiar. VI, 3. In v. 15-19, verba Οὐ μὴν ἀλλὰ — ἐστίν dicta videntur in Stoicos. Nisi fallor, ad enodandam difficultatem non parum facit Aristot. Rhet. I, 4: Ὅπερ γὰρ — τοῖς σοφιστικοῖς λόγοις. Cf. Ibid. I, 1: Ὁ γὰρ σοφιστικὸς — κατὰ τὴν δύναμιν. Stoici suam de Rhetorica doctrinam mutuati erant præcipue ab Aristotele; conjiciam inde factum esse ut, Stagiritæ exemplo, dolerent quod Ars oratoria nonnunquam ad sophistarum rationes accederet; adeo ut ea quæ rhetoribus bene succedebant, arbitrarentur vituperationi esse Dialecticorum Arti quam definiebant: Ἐπιστήμην ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων. Cf. Diog. Laert. VII, 42; Sext. Empir., Adv. Mathem. XI, p. 724; Pyrrhon. Hypotypos. II, p. 88, 123, ed. Fabr.

Τὸ διαλεκτικόν pro ἡ διαλεκτική occurrit apud Platon. Sophist. Bekk., ed. Lond. 1829, t. IV, p. 440: Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.

V. 23-26. Τεχνίτας — ἀσκοῦσι... Vulnera lacunasque, ut

potui, attigi. In Ms. atque in margine exhibentur elementa: ΤΑΘΑΟѠϹ. Syllabam ΤΑΘ habui pro ΤΑϹ (sæpe enim confunduntur Θ et Ϲ), accusativique desinentiam esse ostendebant syllabæ ΤϵΧΝϵΙ, quæ occurrerunt in v. 23: scripsi ΤϵΧΝϵΙΤΑϹ = τεχνίτας. Neque audacior profecto videbor mutando ΑΟѠϹ in ΟΛΩϹ. Nam, mutatione levi, ΑΟѠϹ=ΟΑѠϹ, unde facile est elicere ΟΛΩϹ, quum ubique permutentur Α et Λ.

Nullus dubito quin, v. 24, ΤΑ...ΤΑΙΑ sit pro ΤΑ ϹΧϵΤΛΙΑ. Haud absimilia suppeditat Plato, in Gorg. Bekk. l. l., t. III, p. 196: Σχέτλια λέγεις καὶ ὑπερφυῆ, ὦ Σώκρατες. Vide quos ibi citat Heindorf. In v. 25, πόσοι paucitatem significare arbitror, sicut apud Cic. Tuscul. II, 4: « Quotus enim quisque philosophorum invenitur qui sit ita moratus, ut ratio postulat. » Quod vertit Forcellin. III, p. 663, ed. Patav. 1771: *quanto pochi sono i Filosofi, che*, etc.

COLUMNA XII.

V. 1-3. Φίλωνα — τῆς σκευοθήκης... De Philone architecto Plin. H. N. VII, 38: « Laudatus est et Chersiphron Gnossius, æde Ephesiæ Dianæ admirabili fabricata; Philon, armamentario mille navium. » Addam Strabon., IX, p. 272, ed. Casaub. 1587: Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο, καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνουχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη Φίλωνος ἔργον· ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. Etsi nihil compertum habemus de tempore quo Philon floruerit, veri simile est armamentarium illud factum fuisse tempore Lycurgi oratoris. Cf. Orell. Onomastic. Tullian. in voc. Philo; Jul. Sillig., Catalogus Artificum.

Rem ad quam Noster adludit, narrat Cic. De Orat. I, 14: « Neque enim, si Philonem illum architectum, qui Atheniensi-

bus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse, existimandum est, architecti potius artificio disertum quam oratoris fuisse. » Pressius Valer. Max. VIII, 12 : « Gloriantur Athenæ armamentario suo, nec sine causa; est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cujus architectum Philonem ita facunde rationem institutionis suæ in theatro reddidisse constat, ut disertissimus populus non minorem laudem eloquentiæ ejus quam arti tribueret. » Athenis a Sylla captis, armamentarium illud flammis consumtum est; Plutarch., in Sylla, XIV. Cf. Dissert. Isagog. p. XXVIII, not. 89.

V. 3. Οὗτος αὐτός... Hæc sæpe junguntur, sed eumdem ordinem non semper servant. Sopat. Quæstion. Divis. Rh. gr. Walz. t. VIII, p. 278 : Τοιγαροῦν καὶ οὗτος αὐτὸς ληφθεὶς καὶ μέλλων κολάζεσθαι, οὐκ οἶδα πῶς ἀπάτῃ καὶ ψευδολογίᾳ διέφυγεν. Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, I. I., t. IV, p. 41 : Τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων τέχνην ῥητορικὴν βεβαιούντων, αὐτὸς οὗτος ὁ προειρημένος σοφιστὴς ἀλόγῳ τριβῇ ταύτην κατορθοῦν διετείνετο. Cf. Platon. Protagor. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 280; 324.

V. 6-7. Ἰσχυροποιήσαντες... In Ms.: ΙCΧ7ΡΟΠΟ....... ΝΤЄC. Suadebat sensus ut lacunam explerem per ἰσχυροποιήσαντες. Cf. Syrian. Quæstion. Divis. I. I. p. 7 : Ἡ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησις σκοπὸν ἔχει τὰ μὴ προσόντα τῷ κεφαλαίῳ ἀεὶ ἰσχυροποιεῖν. Ibid., p. 10 : Ταῦτα δὲ πάντα ποιήσεις ἰσχυροποιῶν τοὺς μάρτυρας, τὰ δὲ εἰκότα διαβάλλων.

V. 7-8. Ἐν σπουδῇ — ἐνεβίωσαν... Haud absimili modo ἐμβιοῦν cum τέχνῃ jungit Themist. Orat. XXX, p. 351, quem citat H. Stephan. Thes. ed. Didot, t. III. p. 813 : Οὐδὲν ἀνθρώποις οὕτω ἀλυσιτελές ἐστιν ὡς γηπονίας τε ἐπιμεληθῆναι καὶ ἐμβιῶναι τῇ τέχνῃ.

V. 13-14. Ἦν τῶν ἡμετέρων... In Ms.: ΤΟΜЄΡωΝ, pro quo posui τῶν ἡμετέρων, ut sibi constet sententia. Ἡ τοσαύτη ἕξις ironice dictum fuisse videtur. Quod enim tanti faciebant sophistæ, id a philosophis totum abjudicari, utpote dignitate sua alienum, Noster gloriatur.

V. 14. Ἐν ταῖς τέχναις... In Ms. : ЄΝΤ...ΤЄΧΝΗC,

ubi præpositio ἐν non sinit dubitare quin T... sit pro ταῖς. Hoc me impulit, ut TEXNHC mutarem in τέχναις, quum HC et AIC sæpissime confundantur; pauca exempla citare satis sit : Cl. Boissonad., not. in Euripid., t. I, p. 309 : ἐπ' ἀκτῆς et ἐπ' ἀκταῖς; idem, t. II, p. 332 : πολίταις et πολίτης; Cl. Hase, in Lyd. De Ostent., 100, A : πάσης et πάσαις, etc.

V. 15-16. Πλείστου — ἠξίωσαν... Hæc restitui fretus Dionys. Halic., in Thucyd. III : Οὐδ' ἄλλο τι τοιοῦτον ἔργον οὐδὲν, ἐν ᾧ τὰ μὲν κατορθώματα καὶ τὰς ἀρετὰς οὐδενὸς ἠξίωκα λόγου. In Philodemo, ante τῆς inserui τὰ, ut verba τὰ τῆς ὑποκρίσεως idem significent atque τὴν ὑπόκρισιν. Hoc mihi suasit ταῦτα, v. 16-17.

COLUMNA XIII.

V. 1-2. Τάττειν... Pro TAΓKEIN quod Ms. exhibet, posui τάττειν—*præscribere*, suadente Aristot. Rhet. III, 14 : Διὸ γελοῖον ἐν ἀρχῇ τάττειν, ὅτε μάλιστα πάντες προσέχοντες ἀκροῶνται. Hunc carpere Noster videtur, quia in Rhetorica Actionem locum habere docet, ibid. III, 1.

V. 3-7. Μαθεῖν — τινές... Tot mendis scatent hæc omnia, in primis v. 5-6, KAIΔHCAPHMEN7ΛΛO.HCH... ΔNAITΩCKΩCET.....EΛ, ut fortasse fuissent in medio relinquenda. V. 5, scripsi ὑποκριτικῆς, ex Aristot. Rhet. III, 1; Poetic. XIX. Addam Hermog. Rhetor. Prolegom., Rh. gr. Walz. t. IV, p. 7 : Αἱ δὲ τῶν τεχνῶν μᾶλλον λόγῳ κέχρηνται, ἧττον δὲ πράξει, ὡς ἐπὶ τῆς ὑποκριτικῆς.

V. 7-12. Καὶ τρίτον — τῇ ῥητορικῇ... Innuit Philodemus Aristotelem, vel Theophrastum qui de Actione scripserat, Diog. Laert., VII, 50; Cic. De Orat. III, 59. Cujus liber quum interierit, lætandum est quod quædam vestigia servantur in Anonym. Rhetor. Prolegom. l. l. t. VI, p. 35-36 :

Πλὴν καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος ὁμοίως φησὶν εἶναι μέγιστον ῥητορικῇ πρὸς τὸ πεῖσαι τὴν ὑπόκρισιν, εἰς τὰς ἀρχὰς ἀναφέρων καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ τὴν κατανόησιν τούτων, ὡς καὶ τῇ ὅλῃ ἐπιστήμῃ σύμφωνον εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σώματος καὶ τὸν τόνον τῆς ψυχῆς.

In Ms. crebras lacunas habent v. 7, 8, 9: quas explere adnitenti mihi Aristoteles

Ut regerem gressus, pro duce, fila dedit.

Nam Philodemi verba, v. 7: **ΚΑΤΡΙΤΟΙΕΝ...ΡΙ......Η..** firmat Stagirites, Rhet. III, 1 : Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐζητήθη, κατὰ φύσιν, ὅπερ πέφυκε πρῶτον, αὐτὰ τὰ πράγματα, ἐκ τίνων ἔχει τὸ πιθανόν. Δεύτερον δὲ, τὸ ταῦτα τῇ λέξει διαθέσθαι. Τρίτον δὲ τούτων, ὃ δύναμιν μὲν ἔχει μεγίστην, οὔπω δ' ἐπικεχείρηται τὰ περὶ τὴν ὑπόκρισιν. Quæ, v. 9-10, exhibentur misere lacerata **ΚΑΙΝΗΔ.... CΜΕΝΚΑΙCΗΝΕΝ... ΟΑΩΔΙΑΚΛ.....ΔΙΑ**, restitui, eodem adjuvante, l. l.: Καὶ γὰρ εἰς τὴν τραγικὴν καὶ ῥαψῳδίαν ὀψὲ παρῆλθεν· ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον.

V. 12-14. Μακαρίζομεν — τῆς συνέσεως... Similia Noster, habet, De Music. col. IX, v. 35 : Καὶ τεχνικωτέρους γε ποιεῖν τὸ μέλος ἐνόμισεν· ἢ μακάριος ἦν τῆς συνέσεως. Horat. Sat. IX, lib. I, v. 11-12 :

O te, Bolane, cerebri
Felicem! aiebam tacitus.

V. 19-24. Ἐν τοῖς ἡμετέροις — κοινῆς ὑποκρίσεως... Hunc locum ita restituendum esse indicabant elementa quæ supersunt : **ΕΝΤΟΙCΗΜΕΤΕΡ.. ICΔΕΟ7CΑΝ.** Inde enim facile elicias : ἐν τοῖς ἡμετέροις δὲ (vel γε) οὖσαν. Quid autem hæc significent conjicere in promptu non est. Noster, De Music. col. XXIII, v. 1-2 (cf. Annotat. ibid. p. 100), docet conjunctionem quamdam esse inter Musicam et Histrionicam; quod in causa fuisse videtur cur Philodemus dixerit Actionem locum suum obtinere in disciplinis quibus curam ipse impendit. Præterea, in hac nostri libri columna, v. 22-24, addit : *rhetores sibi arrogare Actionem, quæ communis est.* Actionem autem *communem* dicit, ut quæ cum

cæteris artibus conjungatur. In quo consentit cum Aristotele docente poematis scenicisque ludis Actione opus esse, Rhet. III, 1 : Δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον (h. e. ἡ ὑπόκρισις), ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ποιητικήν. Cf. Ibid. XII. Subjiciam Anonym. Rhetoric. Prolegom. : Ἡ δὲ ὑπόκρισίς ἐστιν, ἵνα καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῷ βλέμματι, καὶ τῇ φωνῇ ὡς ἂν τραγῳδὸς ἄριστος καλῶς τοῖς λεγομένοις συσχηματίζηται. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 35.

In Grammatica quoque locum habere Actionem tradit Aristot. Poetic. XIX, XX. Cf. Cl. Seguier. in libro inscripto : La philosophie du langage, exposée d'après Aristote, Paris 1838, in-8°, p. 84-99.

COLUMNA XIV.

V. 4-9. Ἰδόντες — ἀντιποιοῦνται . . . Ea quæ propono conferens attente cum elementis quæ, sive occurrunt in columna, sive in margine disperguntur, non improbabilem habendam esse conjecturam meam satis confido. Quæ sophistis Noster vitio vertit, illa prorsus abhorrent ab Actione exordio accommodata. Qualis esse debeat in hac parte orationis docet Longin. Fragment. VIII : Καθισταμένῳ δὲ τὰς ἀρχὰς πρᾶον τὸ φθέγμα ποιητέον καὶ ἐπιεικὲς, ἐπὶ τὸν ὄχλον δέ πως καὶ δεκτικὸν, καὶ τοιοῦτον οἷον παρακαλοῦντος καὶ ἐν χρείᾳ καθεστηκότος, καὶ εὐλαβείας ἢ αἰδοῦς μετέχοντος. Quæ Cl. Seguier. hunc in modum refingit, l. I, p. 59 : Καθισταμένῳ δὲ κατ' ἀρχὰς πρᾶον τὸ φθέγμα ποιητέον, καὶ ἐπιεικὲς, ἐπὶ τὸν ὄχλον δ' ὅμως καταδεκτικὸν, καὶ τοιοῦτον οἷον παρακαλοῦντος, καὶ ἐν χρείᾳ καθεστηκότος, καὶ εὐλαβείας καὶ αἰδοῦς μετέχοντος. Equidem malim καταδεκτικόν pro καὶ δεκτικόν, sæpissime enim καί et κατά permutantur, cf. Dorvill. in Chariton., p. 641. Vulgarem tamen lectionem cod. Par. optimæ notæ, n. 1741, confirmatam, retinendam esse censui. Quod ad νοήματα ῥέοντα adtinet, similia suppeditat Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Dem. XVIII : Ὑπτία γάρ ἐστι καὶ ἐπαγωγικὴ καὶ περιῤῥέουσα τοῖς νοήμασιν κτλ.

V. 10-13. Μακρὰν — βελτίω. . . Hæc ita exhibentur in Ms. :

MAXPM N ....TINωT,... C N7 .... ΓIN ΔΖNAM N (littera **N** in margine apponitur) **ЄΓЄ TICKNTH CΦ...ΛOC** (in margine inscribuntur litteræ **OC)ΦIACBЄΛTЄIω** (sic, pro βελτίω.)

V. 13-23. Καὶ κατὰ τοῦκο — παρέδοσαν. . . In hoc restituendo loco multum temporis consumsi, propter difficultatem eliciendi inde sensum non omnino improbabilem. Ms. hiat vasta lacuna, quæ tamen expleri potest per litteras in margine diffusas. Locum transcribo, litteras in margine sinistrorsum appositas rectis uncis includens; curvis autem eas quæ dextrorsum inscribuntur: **KAIKA¯ O7TЄMΦANIZ HTO [IO]TOICIΔION (ΞOX) TЄ [ΔЄN]7ΓOK (PCINЄCΘAI)T¯OIЄIN [PON] AITO(7CAΛ ΛO7C)ꟻTOICK[IK]Tω(NΦAC. . . . MOΛ) NЄCTINЄ (ΔЄXOMЄH)ꟻTHN7ΓOT (7ΘЄΛONTO). ANTICTPOΦ(HNKANЄIΓO) CINOTIMON (OITЄXNAC7) ΓЄPA. THC ΓAPEΔO.AN.** A quibus elementis recessi, quam minime potui. V. 14-15, τοιούτοις interpretor τοῖς τῆς ὑποκρίσεως τὴν δύναμιν συνιεῖσι, cf. col. XII, 16-19. Nec est quod miremur sententiam sic in uno verbo contineri, quum id apud Græcos sit usitatissimum. Non absimili modo, haud scio an abruptiora quidem τοιαῦτα et τοιούτους occurrunt apud Aristot. Rhet. III, 12 : Ἔστι δὲ λέξις, γραφικὴ μὲν ἡ ἀκριβεστάτη· ἀγωνιστικὴ δὲ, ἡ ὑποκριτικωτάτη. Ταύτης δὲ δύο εἴδη· ἡ μὲν γὰρ, ἠθική· ἡ δὲ, παθητική· διὸ καὶ ὑποκριταὶ τὰ τοιαῦτα τῶν δραμάτων διώκουσι, καὶ οἱ ποιηταὶ τοὺς τοιούτους. Quam ob rem dicit Demetrius, de Elocutione, CXIII : Μένανδρον ὑποκρίνονται, λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις, Φιλήμονα δὲ ἀναγινώσκουσιν. Quod adtinet ad ποιεῖν τοὺς ἄλλους, v. 15 et v. 16, ita loquitur Plato, Phædr. Bekk., ed. Lond. 1826, t. I, p. 167 : Ἦ τοῦτ' ἐκεῖνό ἐστιν ἡ λόγων τέχνη ᾗ Θρασύμαχός τε, καὶ οἱ ἄλλοι χρώμενοι, σοφοὶ μὲν αὐτοὶ λέγειν γεγόνασιν, ἄλλους τε ποιοῦσιν. Cf. ibid., p. 163-164. Idem, in Protagor, idid., p. 347 : Ὅς γε οὐ μόνον αὐτὸς οἴει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι, ὥσπέρ τινες ἄλλοι αὐτοὶ μὲν ἐπιεικεῖς εἰσιν,

ἄλλους δὲ οὐ δύνανται ποιεῖν. In Gorgia, l. l., t. III, p. 159 : Ἐπειδὴ γὰρ αὐτός τε φῂς ῥήτωρ εἶναι καὶ ἄλλους ποιεῖν ῥητορικούς, εὖ ἔχει τὰ τῆς σῆς τέχνης παρὰ σοῦ πυνθάνεσθαι.

V. 23-24. Σκιομαχήσουσι... Hoc indicabant in Ms. elementa ΟΙΑΙΟΜΑΧΗCΟ7CΙ, ubi, ΟΙΑΙ=CΚΙ, quum Ο et C sæpe, ΙΑ et Κ nonnunquam permutentur in Hercul. Volum. Retinui σκιομαχήσουσι, etsi multo usitatius est σκιαμαχήσουσι. Vide Ast. Lexic. Platon. t. III, p. 253.

COLUMNA XV.

V. 4-5. Θεματικὰς παρατηρήσεις... H. e. observationes *primitivas*, sive *originales*; quæ fundamentum et origo sunt cæterarum inde derivatarum.

V. 5-8. Ἀπό γε — τὰς διαθέσεις.... In Ms :.... Γ Є ΤΗC ΘΗCЄѠC7Γ ...Μ... ΙΦΟΝ ΟΙΑCΔΕΓΟ ....ΘΛΙ¯... CΛCΑΘЄCЄΙ, quæ elementa fere omnia retinui, nisi, v. 6-7, ubi scripsi ὑπὸ τῶν διασαφούντων, quum ..Μ..ΙΦΟΝ , varie tentata, nullum commodum sensum afferebant. Re iterum atque iterum considerata, διαθέσεις, v. 8, significare arbitror (cf. Annot. in v. 11) *corporis habitus;* ut sensus sit : *ab illis qui explicant qua ratione corporis habitus ordinare orator debeat, ad audientium animos, arbitrio suo, commovendos et regendos.* Quem sensum confirmant ea quæ sequuntur, v. 11-17 : Ἔνθεν γὰρ τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βαρβάρους, εἰ μὴ καὶ τἄλλα ζῶα, τοῖς πάθεσιν ἀκολούθους τὰς μεταβολὰς ἔχοντας θεωροῦμεν. »

V. 11. Τὸ σχῆμα καὶ τὴν φωνήν... Cic., De Iuvent I, 7 : « Pronuntiatio est, ex rerum et verborum dignitate, *vocis* et *corporis* moderatio. » Quinctil. XI, 3 : « Quum sit autem omnis *Actio*, ut dixi, in duas divisa partes, *vocem gestumque*, etc. »; Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem.

LIII : Διττὴν δὲ τὴν φύσιν αὐτῆς (subintell. ὑποκρίσεως) οὖσαν ὁρῶν, περὶ ἄμφω τὰ μέρη σφόδρα ἐσπούδασε. Καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος....... οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο. Longin. Fragment VIII : Ὑπόκρισίς ἐστι μίμησις τῶν κατ' ἀλήθειαν ἑκάστῳ παρισταμένων ἠθῶν καὶ παθῶν καὶ διαθέσεων σώματός τε καὶ τόνου φωνῆς προσφόρου τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν. Eustath. in Homer. Odyss. IV, p. 1496 : Ἔστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὑπόκρισις, διάθεσις φωνῆς καὶ σχήματος, πιθανή, πρέπουσα τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ ἢ πράγματι. Cf. Cic., De orat. III. 57 sqq.

V. 13-14. Τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς βαρβάρους... Cic. l. l., 59 : « In iis omnibus quæ sunt Actionis, inest quædam vis a natura data : quare etiam hac *imperiti*, hac *vulgus*, hac denique *barbari* maxime commoventur. »

V. 21-22. Εὐμέλεια φωνῆς καὶ τόνοι... Aristot. Rhet. III, 1 : Ἔστι δὲ αὕτη μὲν ἐν φωνῇ, πῶς αὐτῇ δεῖ χρῆσθαι πρὸς ἕκαστον πάθος· οἷον, πότε μεγάλῃ, καὶ πότε μικρᾷ, καὶ πότε μέσῃ· καὶ πῶς τοῖς τόνοις· οἷον, ὀξείᾳ, καὶ βαρείᾳ, καὶ μέσῃ· καὶ ῥυθμοῖς, τίσι πρὸς ἕκαστα· τρία γάρ ἐστι περὶ ὧν σκοποῦσι. Ταῦτα δ' ἐστὶ, μέγεθος, ἁρμονία, ῥυθμός. Cf. Gerard. Joan. Voss. l. l. 2, 3.

V. 22-23. Πνεῦμα... Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh., p. 273: « Denique πνεῦμα dicitur, quæ Latini *latera* appellant, inque robusta voce inest. »

V. 23. Καὶ προσώπου... Cic., l. l., 59 : « In ore sunt omnia: in eo autem ipso dominatus est omnis occulorum.... Animi est enim omnis Actio, et imago animi vultus est, indices oculi. Nam hæc est una pars corporis, quæ, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere. » Quinctil. XI, 3 : « Dominatur autem maxime vultus : hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus ; hoc pendent homines, hunc intuentur, hunc spectant, etiam antequam dicimus; hoc quosdam amamus, hoc odimus; hoc plurima intelligimus, hic est sæpe pro omnibus verbis. » Cf. Gerard. Joan. Voss., l. l., Cap. XI, 3.

V. 23-24. Καὶ χειρῶν... Quinctil. l. l. : « Manus vero, sine quibus trunca esset Actio ac debilis, vix dici potest quot motus habeant, quum pæne ipsam verborum copiam perse-

quantur: nam cæteræ partes loquentem adjuvant, hæ, prope est ut dicam, ipsæ loquuntur. Iis poscimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus; gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus.» Cassiodorus, Epist. Lib. IV, Epist. LI, de pantomimorum arte verba faciens: «Loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur, ostendens homines posse, et sine oris affatu, suum velle declarare.» Cf. Chrysippi fragment. Dissert. Isagog., p. LIX; Gerard. Joann. Voss. l. l. Cap. XI, 4. Apud Hortensium motus manuum plus artis habuisse quam erat Oratori satis tradit Aul. Gell., I, 5: «Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tullio, clarior, quod multa munditia et circumspecte compositeque indutus et amictus esset, *manusque ejus inter agendum forent argutæ admodum et gestuosæ*, maledictis compellationibusque probrosis jactatus est.»

COLUMNA XVI.

V. 1-3. Διὸ καὶ — ἀποστῆναι... Idem tradit Dionys. Halic in Isocr. I: Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά· ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως. Cod. Par., n° 1742 habet κυριώτερα pro κυριώτατα, quæ confusio solemnis est apud librarios.

V. 3-6. Δημοσθένης — ἐν τῇ ῥητορικῇ... Cf. Cic., De Orat. III, 56; Quinctil., XI, 3; Valer. Max. VIII, 10; Photium, Bibl. CCLXV. Addam Longin. Fragment. VIII: Διόπερ εἰκότως ὁ Δημοσθένης αὐτὴν ἔντιμον ἦγε, καὶ πολλὰ κατὰ τῆς δυνάμεως ταύτης εἴρηκεν ἐγκώμια, τρὶς μὲν περὶ αὐτῆς ἐρωτηθεὶς, τριπλᾶ δὲ αὐτὸς δοὺς τὰ νικητήρια, καὶ ποιήσας πρώτην τε καὶ δευτέραν καὶ τρίτην. S. Augustin. Epist. LVI, ad Dioscor.:

« Rhetor nobilissimus quum interrogatus esset quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis observari oportere, *Pronunciationem* dicitur respondisse : quum quæreretur quid secundum, eamdem Pronunciationem dixisse. »

V. 7-8 Κάλλιππος — ἔφησαν... Hæc sunt in Ms. adeo incerta et corrupta, ut vix quidquam divinare ansim. Quisnam enim ille Κάλλιππος Ἰσοκράτους (subintell. μαθητής)? Callippus non commemoratur inter discipulos Isocratis apud Coray., Isocr. prolegom., t. I, p. 60-61; sed, quum centum discipulos, vel plures etiam Isocrates habuerit (Photius, Bibl. CCLX), neque eorum omnium nota sint nomina, nihil obstare videtur quo minus inter hos annumeretur Callippus. Haud scio an satius esset legere : Κάλλιππός τε καὶ Ἰσοκράτους (subintell. μαθητής) Ναυκράτης vel Ναυσικράτης, cujus magister Isocrates fuit, Cic., De Orat. II, 23; III, 44; Orat. LI. Ruhnk. Hist. crit. Orat. gr., p. XCIII; Coray., l. l. Pro ΤΩΦΗϹΩ quod Ms. præbet, posui ἔφησαν, ut sibi constet sententia.

V. 9. Λύκων... Nullus Lycon occurrit ad quem hæc referri possint, inter eos quorum meminit Diog. Laert. V, § 65-69. Libenter scripserim Γλαύκων, qui de Actione præcepta dedit, Aristot. Rhet. III, 1 : Δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ τὴν ῥητορικήν ἐστι τὸ τοιοῦτον (h. e. ἡ ὑπόκρισις), ὥσπερ καὶ περὶ τὴν ποιητικήν· ὅπερ ἕτεροί τινες ἐπραγματεύθησαν, καὶ Γλαύκων ὁ Τήϊος.

V. 23-24. Αἰσχίνης—πικράν... Cum Æschinis verbis ad quæ Noster adludit, cf. Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. LV : Ἃ δέ γε Αἰσχίνης περὶ αὐτοῦ γράφει συκοφαντῶν, ὥσπερ ἔφην, τοτὲ μὲν ὡς πικροῖς καὶ περιέργοις ὀνόμασι χρωμένου, τοτὲ δ' ὡς ἀηδέσι καὶ φορτικοῖς, ῥᾳδίας ἔχει τὰς ἀπολογίας. His fretus locum valde perturbatum restitui.

V. 24. Παρὰ δὲ Δημητρίῳ... Confirmant hæc Demetrium Phalereum de Demosthene scripsisse, id quod docet Dionys. Halic. l. l., LIII : Καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος, οἷς κράτιστα ἕξειν ἔμελλεν, οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο· καί τοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος, ὡς

Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. »

COLUMNA XVII.

V. 1. Περιττόν... In Ms., post hanc vocem occurrit littera **O** prorsus inutilis: quum e sequenti οὐχ orta videretur, eam suppressi.

V. 5. Ὑποκρίνοντα... Hæc ita Ms. exhibet: **ΑΠΟΚΔΕΙ... ΤΑ**, sed in margine adscribitur syllaba **NON**, unde facile fuit elicere **ΑΠΟΚΡΕΙΝΟΝΤΑ**. Scripsi ὑποκρίνοντα, quod sensus reposcebat: sæpissime confunduntur ἀπό et ὑπό. Cf. Walz. Epimetr. De permutatione præpositionum.

V. 5-8. Οἱ δ' οὖν—ὑποκεκρίσθαι... Antiquis scriptoribus de Actione loquentibus arridebant imagines e pictura petitæ. Quinctil. XI, 3: « Nec mirum, si ista, quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent; quum pictura, tacens opus et habitus semper ejusdem, sic in intimos penetret affectus, ut ipsam vim dicendi nonnunquam superare videatur. »

V. 12. Περὶ τῶν... Subintell. περιόδων.

V. 13. Ἱερώνυμος... De quo vide Dissert. Isagog. p. LV-LVI. Cic. Orat. LVI: « Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsta; quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiæ, postremum ad verbum primam rursus syllabam adjunxit insequentis...... Sed tamen hic corrector, in eo ipso loco, quo reprehendit (ut a me animadversum est studiose inquirente in eum) emittit imprudens ipse senarium. » Dionys. Halic., qui Nostrum ne nominatum quidem compilat, eadem tradit, in Isocr. XIII: Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφός φησιν ἀναγνῶναι μὲν ἄν τινα δυνηθῆναι τοὺς λόγους αὐτοῦ καλῶς, κτλ.

V. 18-19. Ἐπαίροντα... Dionys. Halic. l. l.: ἐπάραντα.

V. 22-25. Τὸ γὰρ μέγιστον—τῶν ὄχλων... In Ms.: ΓΑ-ΡΕΙCΘΑΙΤωΝΟΧΛωΝ. Hæc restitui atque verti, adjuvante Dionys. Halic. l. l.: Τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον τῶν ὄχλων, παραιτεῖσθαι, τὸ παθητικὸν καὶ ἔμψυχον.

COLUMNA XVIII.

V. 1-2. Καὶ οἷον ἐν—πεποιημένην... Hæc firmat Dionys. Halic. De admiranda vi dicendi in Dem. XX: Ταῦτ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἕως τελευτῆς κύκλῳ· καὶ τροπαὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ, καὶ ποικιλίαι σχημάτων, ἃ πέφυκε λύειν τὸν τῆς διανοίας σκοπὸν, οὐδαμοῦ. Idem, ibid. XVIII: Ἄτολμός ἐστι (subintell. Ἰσοκράτης) περὶ τὰς τροπικὰς κατασκευὰς καὶ ψοφοδεὴς, καὶ οὐκ εἰσφέρεται τόνους κραταιούς. Eadem significat τόνος apud Longin. De Sublim. IX: Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἴσον ἐνταῦθα σώζει τὸν τόνον κτλ. Cf. XXXIV. Quam vocem definit Gregor. Corinth. Schol. in Hermog. De Method.: Τόνος μὲν οὖν ἐστι τόπος ἀμέλεστος φωνῆς· ἀμέλεστος δὲ εἴρηται, διότι κενός ἐστι μέλους τινὸς, ὥσπερ τόπος κενὸς σώματος, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ διαφόρων σωμάτων ἐστὶ δεκτικός. Rh. gr. Walz. t. VII, p. 1127-1128. Hæc verba recitavi, ut notetur ἀμέλεστος, quod deest in Lexicis.

V. 2-7. Τὸ δὲ κεκραμένον—ἀποβεβληκέναι... Dionys. Halic. in Isocr. XIII: Τὸ δὲ κεκραμένον καὶ παντοδαπὸν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει, καὶ τὸ ταῖς παθητικαῖς ὑποθέσεσι διειλημμένον ὑπερβεβηκέναι. In Ms.: ΖΓΕΡΘC.ΕCΙΝ ΑΓΟ.ΕΒΛΗΚΕΙΜ. Pro ὑποθέσεσι, in Dionysio ὑπενθέσεσιν Wolfius proponit, vertitque: *interponendis acrioribus affectibus*. Nullus dubito, quin apud Dionysium, ut in Nostro legendum sit: ἀποθέσεσι, namque Ἀπόθεσις apud rhetores dicitur in pronuntiatione, quum vox quæ ἄρσει sublata fuerat, θέσει deponitur in fine membri; cf. H. Stephan. Thes. ling. græc. t. III, p. 1487, ed. ann. 1572. Demetrius, De Elocutione, XIX: Ἑδραίᾳ γάρ τινι καὶ ἀσφαλεῖ καταλήξει ἔοικεν αὐτῆς ἡ ἀπόθεσις. Nec mirum ὑποθέσεσι in locum ἀποθέσεσι irrepsisse, quum sæpissime

ἀπό et ὑπό confundantur; cf. Walz. l. l. Ἀπόθεσις deest in Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. Idem, p. 128, definit ἐπίτασιν, *intentionem oratoriam*, quæ fit affectuum usu, et cujusdam vigoris et spiritus; cui contraria est ἄνεσις, remissio affectus et impetus. Cf. Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. XLVI: Ἕκαστον ἀεὶ σχηματίζων τὸν λόγον, ἀνέσει τε καὶ ἐπιτάσει ταμιευόμενος τῶν ἁρμονιῶν ἑκατέραν, τοὺς καλοὺς ἐκείνους λόγους ἀνέπλασεν. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Πολλοὺς γὰρ ἰσχνοὺς εὑρήσομεν ἐπίτασιν δεχομένους καὶ ἄνεσιν. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 72.

V. 7-9. Τῇ δὲ—δουλεύειν... Dionys. Halic. l. l.: Δουλεύειν γὰρ αὐτὸν τῇ λειότητι διὰ παντός.

V. 9-14. Τοιγαροῦν—λέγοντα... Eadem, mutatis paululum verbis, exprimit Dionys. Halic., in Isocr. XIII: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα, μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν. Pueri imaginem Dionys. a Nostro mutuatur, v. 23-27: Τὸν λόγον ὅμοιον γοῦν εἶναι τῷ δασὺ καὶ μέγα περιθεμένῳ πρόσωπον παιδὶ, οὐ φωνὴν ἀφιέντι. Exhibet Ms. v. 12-13: ΠΕΡΙΕΑ.ΙΣ, vocem adulteratam pro ΠΕΡΙΣΚΕΖΑΙΣ. Hæc quum parum ad rem faceret, cogitabam de παρασκευαῖς, sæpe enim confunduntur περί et παρά, cf. Walz, l. l. Malui tamen κατασκευαῖς. Non minus frequenter permutantur κατά et παρά, præterquam quod magis congruit κατασκευή cum sententia: est enim artificiosa orationis conformatio, Ernesti., l. l., p. 174. Pro ΚΑΠΙ.ΕΙΛΟΖΣΑΝ posui: καθειλοῦσαν. Quod ad λέγοντα adtinet, accipi posse arbitror de illo qui in concionibus habebat orationes quas Isocrates composuerat, Cic. Brut., XII: « Similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, *scribere* autem *aliis solitum orationes* quibus in judiciis uterentur; sed, quum ex eo ... sæpe ipse in judicium vocaretur, *orationes aliis destitisse scribere*, totumque se ad artes componendas transtulisse. » Philodemi verbis lucem admovet Dionys. Halic. Quæ enim Noster tradit, v. 9-12: Τοιγαροῦν αὐτὴν ἀνάγνωστον μὲν εἶναι τῆς φωνῆς ὑφειμένης, ἐπαρθείσης δὲ μὴ ἅπαν, eadem sic exprimit Dionys. l. l.: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα. Quod apud No-

strum ταῖς κατασκευαῖς significari censeo, id pluribus verbis Dionys. Halic. aperit: Ὅ τε τῶν περιόδων ῥυθμὸς, ἐκ παντὸς διώκων τὸ γλαφυρὸν, καὶ τῶν σχημάτων τὸ μειρακιῶδες περὶ τὰς ἀντιθέσεις, καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις κατατριβόμενον.

V. 15-20. Καὶ σχεδὸν—καταχεχύσθαι... Salebris vere plenus locus: ut expeditum me ex impedito facerem, verborum ordinem leviter mutavi. Pro ΕΝΑΝΓΑΝΤΗ, quod exhibet Ms., posui ἐναντίον πάντη, κτλ. Haud scio an Philodemus obiter innuerit res politicas de quibus Isocrates disseruit, etsi nullam habuit in concionibus orationem. Causam tradit Dionys. Halic. in Isocr. I: Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά· ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως· ἐπιθυμῶν δὲ δόξης.... ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη, κατέφυγεν· οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἄλλοι τινὲς τῶν τότε σοφιστῶν· περὶ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ὑπελάμβανε τάς τε πόλεις ἄμεινον οἰκήσεσθαι κτλ. Quamobrem, Dionysius eos qui rationem gerendæ reipublicæ complecti animo volunt hortatur, ut Isocratis orationes nocturna diurnaque manu versent, ibid. IV: Καὶ ἔγωγέ φημι χρῆναι τοὺς μέλλοντας οὐχὶ μέρος τι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως, ἀλλ' ὅλην αὐτὴν κτήσασθαι, τοῦτον ἔχειν τὸν ῥήτορα διὰ χειρός.

V. 26-27. Ἀφιέντι... In Ms.: ΑΦΙΕΛ.....Ι...ΤΟ. Hanc lacunam, postulante sensu, sic explevi: ἀφιέντι· φησὶ καὶ τοῦτο κτλ.

COLUMNA XIX.

V. 1. Συμβουλεύοντα... Videlicet 1° In Panegyrico. Dionys. Halic. in Isocr. l. l., V : Τίς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο φιλόπολίς τε καὶ φιλόδημος; Ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπιτηδεύσειε τὴν πολιτικὴν καλοκαγαθίαν, ἀναγνοὺς αὐτοῦ τὸν πανηγυρικόν; ἐν ᾧ διεξιὼν τὰς τῶν ἀρχαίων ἀρετάς, φησὶν ὡς οἱ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσαντες ἀπὸ τῶν βαρβάρων, οὐ τὰ πολέμια δεινοὶ μόνον ἦσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἤθη γενναῖοι, καὶ φιλότιμοι καὶ σώφρονες. 2° In oratione sociali, sive de Pace. Idem, l. l., VII : Τίς δὲ ἂν μᾶλλον ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εὐσέβειαν προτρέψαιτο, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας, τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου; Ἐν γὰρ δὴ τούτῳ πείθει τοὺς Ἀθηναίους, τῶν μὲν ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς παροῦσι στέργειν. 3° In Areopagitico. Idem, l. l., VIII : Τίς δὲ τὸν Ἀρεοπαγιτικὸν ἀναγνοὺς λόγον, οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτερος; ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος, ὃς ἐτόλμησε διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας Ἀθηναίοις, ἀξιῶν μεταθέσθαι μὲν τὴν τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν, ὡς μεγάλα βλάπτουσαν τὴν πόλιν, ὑπὲρ ἧς τῶν δημαγωγῶν οὐθεὶς ἐπεχείρει λέγειν; κτλ.

V. 2. Πλάσμα... Peculiarem quamdam dicendi formam πλάσμα h. l. significat, tamquam apud Dionys. Halic., De admiranda vi dicendi in Dem. XXXIV : Ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῖς τρισὶ πλάσμασιν ὁμοίως παρέπεται, καὶ ἐπὶ παντὸς λόγου Δημοσθενικοῦ μηνύματα χαρακτηριστικὰ καὶ ἀνυφαίρετα. Quem locum ita refinxi, *Examen critique des écrivains de la Grèce*, t. III, p. 186, cum Capperonnier., e Cod. Par., n°. 1743, pro vulgata lectione: Ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τοῖς τρισὶ πλάσμασιν ἔφην ἰδίας ἀρετὰς συμβεβηκέναι τοῖς Δημοσθενικοῦ, μηνύματα χαρακτηριστικὰ καὶ ἀνυφαίρετα. Longin., De Sublim. XV : Δειναὶ καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις, ἡνίκ' ἂν ᾖ ποιητικὸν τοῦ λόγου καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα. Cf. Ernesti., Lexic. Technol. gr. Rh. p. 268; 344.

V. 4-9. Ἐπαίρειν—λόγους... Dionys. Halic. in Isocr., XIII: Καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα, μήτε τόνον, μήτε πάθος, μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν.

V. 16-17. Κοιλοφώνως... Cogitabam de χειλοφώνως. Quum vero in Lexicis hæc vox non occurrat, timui ne paulo au-

dacior videretur. Ms. habet ΚΕΙΛΟΦΩΝΩϹ : mutato Ε in Ο, quæ millies confunduntur, scripsi κοιλοφώνως. Sæpe χεῖλος et κοῖλος permutari docet H. Stephan. Thes. t. IV, p. 407, ed. 1572: « Pro χειλοστομία, quod in v. l. esse dicitur, quum vox quasi in recessu auditur, scribendum κοιλοστομία, de quo supra (h. e. t. III, p. 1045).» Idem, ibid. t. IV, p. 1349: Λαρυγγίζειν significat, teste Harpaerat., τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν καὶ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐπιτηδεύειν περιεργότερον τῷ λάρυγγι χρῆσθαι

V. 21. Ἐφλυαρήθη... Haud absimili modo Noster, De Music., col. XXX, v. 6-10: Πεφλυάρηται δ' οἷς ποτε εἴρηται καὶ τὰ περὶ τῆς τοῖς μετεώροις ὁμοιότητος. Cf. Platon. Conviv. Bekk. ed. Lond. 1826, t. V, p. 24: Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων. Idem, in Phædon, l. l. p. 175-176: Ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς.

V. 26. Τὰ μὲν ἄλλα παρά... In Ms.: ΤΑΩ... ΑΛΧΡΑ, ubi Ω pro Μ esse certum faciebat col. XXXIV, v. 10; ibi enim patet ΩΟΝΟΝ esse pro ΜΟΝΟΝ. Elementa quæ sive addidi, sive transcripsi, indicabant spatium superstitesque litteræ. Quod attinet ad ΧΡΑ=ΓΑΡΑ, hoc restitui ex iis quæ sequuntur col. XX, v. 1: Τὰ δὲ καὶ παρ' ἱστορικῶν.

V. 26. Ποιητῶν... Haud scio an Philodemus adludat ad ea quæ poetæ dixerunt de heroibus verbis suis accommodantibus motus corporis; quæ pars præcipue valet in Actione. Cf. Gerard. Joann. Voss. Institut. Orat., VI, XI, § 11, 1° de statu et sessione oratoris; 2° de vultu; 3° de gestu cervicis ac membrorum quæ ad corporis truncum pertinent.

COLUMNA XX.

V. 1-3. Ἐξ ὧν — καταλελοίπασιν... Hæc admodum incerta verti, quasi dixisset ἐκ τούτων ἃ αὐτοὶ γραπτὰ καταλελοίπασιν.

V. 12. Τὰς ὑποκρίσεις... Raro quidem occurrit vox ὑπόκρισις in plurali numero; ea tamen utitur Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 428 : Ὁμοιοπαθεῖν δεῖ τοῖς ἀκούουσι καὶ ἠρέμα προβιβάζειν (Ald. προβιάζειν) τό τε ἑαυτῶν καὶ τὸ τῶν ἀκροατῶν πάθος· ἔστι δὲ τοῦτο ἐὰν τοῖς τε σχήμασι μετρίοις καὶ ταῖς λέξεσι καὶ ταῖς συνθέσεσιν, ἔτι δὲ καὶ ταῖς ὑποκρίσεσιν μετρίαις χρώμεθα.

V. 15. Κατὰ τὴν φιλοσοφίαν... Erunt fortasse nonnulli quibus magis arrideat περὶ τὴν φιλοσοφίαν. Per me nihil obstat: sæpe confunduntur κατά et περί.

V. 16-17. Τῶν πρός τι... Genitivi τῶν cum εἶναι exempla ubique sunt obvia: Aristoph. Plut., v. 345: εἶ γὰρ τῶν φίλων. V. 869: Ἦ τῶν πονηρῶν ἦσθα καὶ τῶν τοιχωρύχων; Cf. H. Stephan. Thes. t. III, ed. Didot, p. 257. Quod ad πρός τι adtinet, audiendus idem, t. III, p. 574, ed. ann. 1572: « Quibus subadjungo πρός τι, ubi tamen πρός non tam comparationem cum aliquo significat quam relationem ad aliquid. Usurpant enim de eo quod dicitur referendo ad aliud; seu relatione ad aliud. Quo loquendi genere utitur non raro Aristoteles, itidemque alii philosophi, aut qui de rebus philosophicis disputant. »

V. 17. Ἐπιτετευγμένην... Hoc retinui, quamquam perfectum pass. solet abjicere suum ε ex τέτευγμαι, ut fiat τέτυγμαι, ex τετευγμένος ut fiat τετυγμένος. Cf. H. Stephan. Thes. in voc. τεύχω, Duncan. Lexic. Homer.-Pindar. p. 1092, ed. Rost.

V. 24-25. Τοῖς δ' ἀπ' ἄλλων μαθημάτων... Cf. Notat. col. XIV, v. 23-23; Cl. Letronne, *Recherches sur l'Égypte*, p. 210.

V. 26. Ἄλλη — ἀκμαίῳ... Ms. in margine exhibet elementa ΛΛ, litteramque Η truncatam; unde facile fuit elicere vocem ἄλλη. Quod ad ἀκμαίῳ adtinet, hoc indicabant litteræ superstites ΜΟ. ωΙ. Ostendunt ea quæ præcedunt, Philodemum attingere Actionem rhetori, politico viro; sophistæ, philosopho accommodatam: quæ sequuntur, col. XXI, v. 1-2, arguunt eumdem tractare Actionem singulis ætatibus idoneam, in quam apprime cadit id quod de *Dictione* docet Aristot. Rhet. III, 7: Τὸ δὲ πρέπον ἕξει ἡ λέξις, ἐὰν ᾖ παθητική τε καὶ ἠθική.... ἠθικὴ δὲ αὕτη ἡ ἐκ τῶν σημείων δεῖξις, ὅτι ἀκο-

λουθεῖ ἡ ἁρμόττουσα ἑκάστῳ γένει καὶ ἕξει· λέγω δὲ, γένος μὲν καθ' ἡλικίαν· οἷον παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἢ γέρων· καὶ γυνὴ, καὶ ἀνήρ.

COLUMNA XXI.

V. 3. Κατὰ τούτους... Κατά, h. l. convenientiam significat, ut reddi possit *secundum*, vel *juxta*. Cf. H. Stephan. Thes., t. II, p. 89, ed. ann. 1572, ubi citat Synesium, Epist. II : Οὐ γὰρ κατ' ἐμαυτὸν εἶναι τὸν κόσμον ἐλογιζόμην τοῦ πράγματος, i. e. non consentaneum mihi et pro meis facultatibus, vel, mihi convenientem, docent. Budæo.

V. 8-9. Παιδαγωγοῖς... Cogitabam de παιδαγωγικοῖς, quod libenter admittere videbantur spatium et sensus.

V. 14. Φρένας... De quo H. Stephan. Thes. l. l., t. IV, p. 194 : « Soluta oratio pluralem usurpans potius quam singularem, eo significare solet sanæ mentis affectum, ut ita dicam, aut etiam prudentiam. Unde aliquis dicitur φρένας ἔχειν et contra ἔξω φρενῶν καθεστώς. » Noster, Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. X, v. 8-12 : Καὶ γὰρ οἱ φιλόσοφοι τοῦτον ἵστανται τὸν τρόπον, εἰ μὴ καὶ τῶν ἄλλων οἱ φρένας ἔχοντες.

V. 14-20. Οὐ περὶ — προσήκειν... Hæc jacta videntur in rhetores qui, orationem per membra in infinitum discerpebant. Post προσήκειν, subintelligendum est λόγους ποιεῖσθαι, aut quidpiam tale. Quod ad ὑπεξαιρέσεων adtinet, h. l. innui videntur ea quæ Hermagoræ exprobrat Quinctil., III, 6 : « Nos ad Hermagoram. *Translationem* hic primus omnium tradidit : quamquam semina ejus quædam citra nomen ipsum apud Aristotelem reperiuntur. *Legales* autem quæstiones has fecit, *scripti* et *voluntatis* (quam ipse vocat κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, id est, secundum *dictum* et *exceptionem* : quorum prius ei cum omnibus commune est, *exceptionis* nomen minus usitatum). » Ante Philodemum, hanc Orationis divisionem in partes minutas et exiles improbaverat Aristot., Rhet. III, 13 : Ἔστι δὲ τοῦ λόγου δύο μέρη· ἀναγκαῖον γὰρ τό τε πρᾶγμα εἰπεῖν περὶ οὗ, καὶ τότ' ἀποδεῖξαι.... Ἀναγκαῖα ἄρα μόρια, πρόθεσις καὶ πίστις· ἴδια μὲν οὖν ταῦτα· τὰ δὲ πλεῖστα,

προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος... Ἔσται οὖν, ἄν τις τὰ τοιαῦτα διαιρῇ, ὅπερ ἐποίουν οἱ περὶ Θεόδωρον, διήγησις ἕτερον, καὶ ἐπιδιήγησις, καὶ προδιήγησις, καὶ ἔλεγχος, καὶ ἐπεξέλεγχος κτλ.

V. 20-21. Τῶν ἐν τῷ πολιτικῷ... Subintell. γένει ὄντων. Cf. Platon. Protag. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 274: Καί τοι πολλά γε ἤδη ἔτη εἰμὶ ἐν τῇ τέχνῃ.

V. 22. Παχυτέρων... Quod sic interpretatur Maxim. Planud. Schol. in Hermog. De Formis., I, Rh. gr. Walz., t. V, p. 486: Παχύτερον· ἀντὶ τοῦ ἀνοητότερον· παχεῖς γὰρ ἐκάλουν τοὺς ἀναισθήτους καὶ ὑώδεις.

COLUMNA XXII.

V. 1-4. Μόνοι—ὑπογράφουσιν... Hæc dicta videntur in primis adversus Aristot., Rhet. I, 1: Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν οὔτε ἑνός τινος γένους ἀφωρισμένου ἡ ῥητορική, ἀλλὰ καθάπερ ἡ διαλεκτική, καὶ ὅτι χρήσιμος, φανερόν. Ibid. 2: Ἔστω δ' ἡ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. Τοῦτο γὰρ οὐδεμιᾶς ἑτέρας ἐστὶ τέχνης ἔργον. Τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὑτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ, καὶ πειστική· οἷον ἰατρικὴ, περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία, περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι· καὶ ἀριθμητικὴ, περὶ ἀριθμόν. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν. Ἡ δὲ ῥητορικὴ, περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. Διὸ καὶ φαμὲν αὐτὴν οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον ἔχειν τὸ τεχνικόν. Ibid., paulo infra: Ἔστι γὰρ (subintell. ἡ ῥητορική) μόριόν τι τῆς διαλεκτικῆς καὶ ὁμοίωμα, καθάπερ καὶ ἀρχόμενοι εἴπομεν· περὶ οὐδενὸς γὰρ ὡρισμένου οὐδετέρα αὐτῶν ἐστιν ἐπιστήμη, πῶς ἔχει, ἀλλὰ δυνάμεις τινὲς τοῦ πορίσαι λόγους.

V. 5. Ἰδίων... Iterum lacessit Aristot., qui τὰ ἴδια definit, Rhet. I, 2: Ἴδια δὲ ὅσα ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον εἶδος καὶ γένος προτάσεών ἐστιν· οἷον, περὶ φυσικῶν εἰσι προτάσεις, ἐξ ὧν οὔτε ἐνθύμημα, οὔτε συλλογισμός ἐστι περὶ τῶν ἠθικῶν· καὶ περὶ τούτων ἄλλαι, ἐξ ὧν οὐκ ἔσται περὶ τῶν φυσικῶν· ὁμοίως δὲ τοῦτο ἔχει ἐπὶ πάντων... Ταῦτα δὲ, ὅσῳ τις ἂν βελτίω ἐκλέγηται τὰς προτάσεις, λήσει ποιήσας ἄλλην ἐπιστήμην τῆς διαλεκτικῆς καὶ τῆς ῥητορικῆς· ἂν γὰρ

ἐντύχῃ ἀρχαῖς, οὐκ ἔστι διαλεκτική, οὐδὲ ῥητορική, ἀλλ' ἐκείνη ἔσται ἧς ἔχει τὰς ἀρχάς.

V. 7-8. Ἐφεστήκασι... Hoc efflagitabat sensus pro ἐφεστάκασι, quod Ms. habet.

V. 9. Ἐμπρέψαι... Monent quædam Lexica πρέπειν atque ex eo composita verba inusitata esse, excepto tempore præsenti et imperfecto. Aoristus quandoque reperitur: Plutarch., Alcibiad. I: Τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι.

V. 11-14. Ὅτι σχεδὸν — διοικεῖται... Aristot. Rhet. I, 2: Ἡ δὲ ῥητορικὴ περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν. Cf. not. v. 1-4. Unum addam quod citata confirmat, Aristot. Rhet. I, 1: Ἡ Ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστήμης ἀφωρισμένης· διὸ καὶ πάντες τρόπον τινὰ μετέχουσιν ἀμφοῖν κτλ.

V. 19. Τοῖς ὅλοις... Idem significat quod ὅλως, vel διόλου. Sic Noster, De Musica, col. VI, v. 15-16: Καὶ τοῖς ὅλοις οὐδὲν ἰατρεύειν τῆς λύπης. Vertunt Academic. Herculan.: « Atque « ea nihil omnino mederi tristitiæ. » Hoc reperias quoque apud Dionys. Halic. in Lysia, III: Τοῖς δὲ προτέροις οὐχ αὕτη ἡ δόξα ἦν· ἀλλ' οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προσεῖναι τοῖς ὅλοις, ἐξήλλαττον τὸν ἰδιώτην κτλ., ubi malit τοῖς λόγοις Sylburgius, quem secutus est Taylor. Matthæus contra censet medicina non egere locum, in quo τοῖς ὅλοις eamdem significationem accipit quam apud Diog. Laert. De Aristot., p. 177, ed. H. Stephan.: Τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο.

V. 21-22. Κατὰ σύνεσιν κοινήν... Si litteras in marginibus Ms. aspersas considerate inspexeris, ea quæ restitui non prorsus improbabilia fortasse judicabis.

V. 27. Κατὰ λόγον... Haud absimili modo Noster loquitur, De Music. col. IV, v. 28-30; Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. VI, v. 6; col. XVIII, v. 9-10. Vide p. 107.

COLUMNA XXIII.

V. 1-2. Τοῖς φιλοσόφοις ἐξεῖναι... Ea quæ pertinent ad

alios tractare, nonnulli existimaverunt esse penes philosophos qui non particularia, sed generalia sibi vindicabant. Sopater, Schol. in Hermog. Art. Rhet.: Τοῖς γὰρ φιλοσοφοῦσι γενικαί εἰσιν αἱ ἀμφισβητήσεις· οἱ γὰρ φιλόσοφοι οὐ ζητοῦσιν, εἰ τόδε δίκαιον Λακεδαιμονίοις, ἀλλ' εἰ δίκαιον πᾶσιν ἀνθρώποις· οἱ δὴ ῥήτορες ἐπὶ μέρους ἔχουσι τὴν ἀμφισβήτησιν· ζητοῦσι γὰρ, τί Ἀθηναίοις δίκαιον. Rh. gr. Walz., t. V, p. 27. Gregor. Corinth. Schol in Hermog. De Method.: Ῥητόρων τὸ ἰδικὸν, φιλοσόφων τὸ καθολικόν. Ibid., t. VII, p. 1107. Qua opinione ductus, Noster eos incusat qui rhetores extra particularia pertrahebant, Peripateticos videlicet, quorum dux Aristoteles, nomine omisso, aperte significatur. Hic enim ad Rhetoricam non particularia, sed generalia adtinere tradit, Rhet. I, 2: Οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον· οἷον, ἡ ἰατρικὴ, τί Σωκράτει τὸ ὑγιεινόν ἐστιν ἢ Καλλίᾳ, ἀλλὰ τί τῷ τοιῷδε, ἢ τοῖς τοιοῖσδε· τοῦτο μὲν γὰρ ἔντεχνον· τὸ δὲ καθ' ἕκαστον, ἄπειρον καὶ οὐκ ἐπιστητόν· οὐδὲ ἡ ῥητορικὴ τὸ καθ' ἕκαστον ἔνδοξον θεωρήσει· οἷον Σωκράτει ἢ Ἱππίᾳ, ἀλλὰ τὸ τοιοῖσδε, καθάπερ καὶ ἡ διαλεκτική.

V. 5-9. Τοῖς φιλοσόφοις — ἐκτετεχνολόγηται... Locus est valde incertus; immo fere desperatus. V. 6-9, sic exhibentur in Ms.: ΟΘ....Ν⁻ЄΑCΙΚΑΤΥΧ...ΘΑΙΚΑΤ.... ...ΑΠΟΔЄΙΚΝ....ЄΙΝ.....ω.....ΝΧ....ΟΠωΝ..... .ЄΝΙ...Ι...ΛΛЄΝΟ7C.7Θ7ΝΟCЄΚ.ΤЄΤΓΧ ΝΟΛΟCΗΤΑΙ. Restitui, ut potui. De voce εὐθύνους, Hesych.: Εὔθυνος· εὐθυντὴρ, δικαστικός. Photius: Ἀρχὴ ἦν τις· ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἕνα κληροῦσιν, τούτῳ δὲ δύο παρέδρους. Minus recte legitur apud Harpocrat.: Εὐθύνης· ὄνομα ἀρχῆς παρ' Ἀθηναίοις. Δέκα τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες ἢ ἄρξαντες ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων τὰς εὐθύνας. Διείλεκται περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Cf. Blomfield., Glossar. in Æschyl. Pers. v. 833; Prometh. v. 332. Hoc loco, εὔθυνος ponitur μεταφορικῶς, sicut βραβευτής, in Platon. Protag. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 321: Εἶπον οὖν ἐγὼ ὅτι αἰσχρὸν εἴη βραβευτὴν αἱρεῖσθαι τῶν λόγων. Ibid., p. 320-

321 : Ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθέ μοι ῥαβδοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν ἑλέσθαι, ὃς ὑμῖν φυλάξει τὸ μέτριον μῆκος τῶν λόγων ἑκατέρου.

V. 11. Ἴσως τε καί... In Ms. : ICWC . . . AI, ubi facile fuit scribere : Ἴσως τε καί.

V. 16-17. Ἀδιαληψίας... Deerat in Lexic. vox hæc quam nunc habet H. Stephan. Thes., ed. Didot. t. I, p. 658, ubi legitur: « Ἀδιαληψία, Continuitas, status qui divisiones non recipit. Mss. Hercul. Oxon. part. 2, p. 28, Cramer. » (Repone, p. 23.) De me in primis meritus est optime vir qui Lexico Philodemicam vocem inseruit. Ibidem Cl. Passov. dat ἀδιαλήπτως *inseparabiliter*, e Philodem. De Ira, I, p. 77. Aliter sentio de significatione vocis ἀδιαληψία in nostro loco. Intelligo : « E *ratiocinationis defectu* procedit id quod a quibusdam dicitur; » ita ut sit ἀδιαληψία, idem quod ἀδιάληψις, oppositum τῇ διαλήψει. Apud Polybium enim, Budæo tradente, διάληψις est *disceptatio, ratiocinatio*, H. Stephan. Thes. II, p. 1218, ed. Didot. Conjecturam meam firmare videtur ipsa rerum series. Philodemum audivimus, col. XXII, v. 6-10, vituperantem eos qui, pravo occæcati judicio, curam impenderunt methodis unicuique arti seorsim convenientibus, docentemque col. XXII, v. 10-27; col. XXIII, v. 1-16, tria inde sequi quæ damnum afferunt. Addit nunc τῆς αὐτῆς ἀδιαληψίας aliud pendere, nimirum Rhetoricæ definitionem quam citat, v. 20-23, maledicoque dente carpit, v. 25 sqq.; ut pote vitiosam ex iis quæ fuse tractat col. XXIII, v. 25-27; col. XXIV, v. 10 sqq., ubi demonstrare conatur illos qui Rhetoricam sic definierunt, ratiocinationis expertes esse. Mihi non liquet quid ad hæc, *continuitas, status qui divisiones non recipit?*

V. 17-23. Τοῦτο λεγόμενον — εὑρίσκειν... Agnoscis Epicureum, apud quem moris est supprimere nomen eorum quos lacessit. Sermo est de Aristot., Rhet. I, 2 : Ἔστω δ' ἡ ῥητορική, δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν.

V. 27. Τῆς εὑρίσεως... Similia de Inventione præbet

Scholiast. in Aphthon. Progymnasm.: Ἔστι δὲ τῆς μὲν νοήσεως, τὸ νοῆσαι εἰ ῥητορικὸν τὸ πρόβλημα, ἢ μὴ, καὶ εἰ συνίσταται, ἢ οὔ· καὶ ὑπὸ ποῖον εἶδος καὶ ποίαν στάσιν ἀνάγεται· τῆς δὲ εὑρέσεως, τὸ εὑρεῖν τὰ εἰς τὰ κεφάλαια ἐπιχειρήματα, πρὸς τῇ τῶν κεφαλαίων εὑρέσει ἔτι καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας τόπους. Rh. gr. Walz., t. II, p. 1.

COLUMNA XXIV.

V. 1-3. Οὐδὲ τὸ — τῆς εὑρέσεως... Post τό subintellige λεγόμενον. Iterum impugnat Aristot. Rhet. III, 14, 16, 17, 19, ubi præcepta tradit de orationis partibus.

V. 3. Εὑρέσεις... Nihil habet quod offendat vox εὑρέσεις. Ea utitur Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἐν μὲν γὰρ ταῖς στάσεσι τὴν δύναμιν αὐτῶν (subintell. τῶν προσώπων) διακρίνας, ἐν δὲ ταῖς εὑρέσεσι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν. Rh. gr. Walz. t. VI, p. 79. Cf. Hermog. Libr. περὶ εὑρέσεων.

V. 5-10. Οἱ δ' ὡς — διαπεραίνοντες... Locus lacunosus, ubi in paucas incidi litteras quæ, per vacans spatium dispersæ rarius apparebant ad regenda vestigia. In Ms. sic hæc exhibentur:

ΟΙΔωϹΓΟ ΛΤЄ..ΛΙ....Γ ΦЄΡΟΝΤΑΓΡ...ΔΙΑ..
ЄΤωϹ ΚΑ........Є7Θ ....ΟΓ7..... Α.....Ο7
ΔΙΑ
ΧЄΝ......ΟΜ........ЄΛ.........ϹΓ......ΝΟΝΙ.......

Quæ restituere conatus sum, ita ut cum præcedentibus congruant. V. 7, verba τὸ ἀπ' εὐθείας idem significare arbitror quod ἀπὸ τοῦ εὐθέος, duce H. Stephan. Thes. t. I, p. 1300, ed. 1572: « Thucydides, suo more a loquendi generibus quæ cæteris usitata sunt recedens, dixit ἀπὸ τοῦ εὐθέος pro illo ἀπ' εὐθείας, de quo modo a me tractatum fuit; videlicet pro illo quod de sermone dicitur. Ita enim ille libro III: καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν, id est, Sine circuitione, Sine ullis verborum involucris et integumentis. Apud Arrianum autem ἐκ τοῦ εὐθέος ἀντιλέγειν pro Non dissimulanter, Aperte, Palam. » Quod adtinet ad οὐδὲν ὅτι οὐχ, v. 8, hæc interpretor sive *nihil non*, sive *omnia*, ex iis

quæ traduntur de οὐδεὶς ὅστις οὐ, in Viger., Idiotism. II, 2, p. 26, not. 35, ed. Hermann. « In negatione οὐδεὶς ὅστις οὐ, *nemo non*, et more Latinorum duæ negationes adfirmant. Nec raro hæc in fine inveniuntur. Plat. Hipp. Maj. pag. 299, init. : Ὅτι καταγελᾷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὐ, *quia nemo non nos irridebit.* Quasi diceret, Οὐδεὶς ἐστιν, ὅστις οὐ etc., *nemo est qui non.* » Vide ibid. Arrian. de Exped. Alex. III, 23.

V. 10-18. Δεύτερον; δὲ—νομίζουσι... Carpit Aristot. Rhet. I, 2 : Τῶν γὰρ ἄλλων ἑκάστη περὶ τὸ αὑτῇ ὑποκείμενόν ἐστι διδασκαλικὴ καὶ πειστική· οἷον, ἰατρικὴ περὶ ὑγιεινὸν καὶ νοσερόν· καὶ γεωμετρία περὶ τὰ συμβεβηκότα πάθη τοῖς μεγέθεσι.... Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν· ἡ δὲ ῥητορικὴ περὶ τοῦ δοθέντος, ὡς εἰπεῖν, δοκεῖ δύνασθαι θεωρεῖν τὸ πιθανόν.

V. 18-21. Καὶ δῆλον —εὐποροῦντες... Similia jactat in sophistas Cic. De Orat. III, 32 : « Illos veteres doctores, auctoresque dicendi nullum genus disputationis a se alienum putasse accepimus, semperque esse in omni oratione versatos. Ex quibus Eleus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum, gloriatus est, cuncta pæne audiente Græcia, nihil esse ulla in arte rerum omnium quod ipse nesciret; nec solum has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, *geometriam, musicam, litterarum cognitionem et poetarum*, atque illa quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur; sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. » Cf. Apul., Floridor. Lib. II.

V. 26-27. Οὐδ' εἰσὶ μὲν κοιναί... Hæc toto cœlo distant ab Aristot. Rhet. I, 1 : Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ· ἀμφότεραι γὰρ περὶ τοιούτων τινῶν εἰσιν, ἃ κοινὰ τρόπον τινὰ ἁπάντων ἐστὶ γνωρίζειν, καὶ οὐδεμίας ἐπιστήμης ἀφωρισμένης. Ibid. 2 : Διὸ καὶ φαμὲν αὐτὴν οὐ περί τι γένος ἴδιον ἀφωρισμένον ἔχειν τὸ τεχνικόν.

COLUMNA XXV.

V. 4-5. Ἦσαν ἐν ἐπικένῳ οἰήσει... Re diu considerata, hæc scripsi pro iis quæ Ms. ita exhibet : **ΗϹΑΝЄΠΙΚΑΙΝѠ ϹΙΤΟΙϹ**, inserta præpositione ἐν quam sensus requirebat. Ἐπίκενος reperitur in H. Stephan. Thes., t. III, p. 1627, ed. Didot. Quod ad ἐπικένῳ pro **ЄΠΙΚΑΙΝ Ѡ** adtinet, notandum est centies permutari κενός et καινός. Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I : Κούφων γάρ τι καὶ ἠλιθίων τὸ καθυπάγεσθαι παντὶ τῷ λέγοντι καὶ δόξαις ἄλλως κεναῖς (cod. Par. καιναῖς, supra αι scripto ε), l. l. t. VI, p. 119 ; Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, X, 12 : Καὶ ὁμολογίᾳ χρῆσθαι, τοῦτο ῥῆμα ἐξ ἄλλης ἰδέας λόγων εἶναι· ἱκανὴ γὰρ ὁμολογία καὶ παραμυθία τῆς κενότητος κτλ., ubi καινότητος legendum esse monuit Sylburg.; Dionys. Halic. in Isocr. XIII : Φιλόνικος μὲν γὰρ ὁ διαλεκτικὸς, τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν τἀνδρὸς τῆς καινότητος. Sylburg. scribendum esse suspicabatur κενότητος, quod firmat cod. Par. N° 1742. Ex hac confusione ortum est proverbium : πολλὰ καινὰ ὧν τὰ πλεῖστα κενά. Addam κοινός pro κενός et καινός sæpe occurrere. Cf. in primis Dorvill. in Chariton. p. 625-626 ; Cl. Boissonad. in Planud. Metamorph. p. 528, not. 1 ; Cl. Hase, in Lyd. De ostent. p. 316; Cl. Letronne, l. l., p. 491. Μεταδοθήσεσθαι, quod bene congruit cum sententia, scripsi pro elementis quæ Ms. præbet, v. 6 : ...**ΓΙΤ ΙϹΘΑ**.

In hujus perdifficilis loci interpretatione atque restitutione multa me angebant. Nonnihil enim religionis movebat ἦσαν sic positum post καὶ πάρεστιν ἐν ἑτοίμῳ λέγειν, præter quam quod hærebam dubius de sensu verborum ἀπ' αὐτῆς τέχνης παισί. Quæ partes in omnes versanti mihi tandem visum est, h. l. ἀπό significare causam efficientem, vel potius instrumentum; ut sensus sit, sive *secundum solam artem*, sive *solius artis ope*. De tali significatione præpositionis ἀπό, legenda sunt ea quæ annotantur in Viger. Idiotism., l. l., p. 581-582. Proinde intelligo : « In opinione vana versabantur, solius artis

ope, vel pueris traditum iri inventionem argumentorum convenientium in rhetoricis », ubi omnia cohærent.

Equidem parum confido ea crudito lectori esse factura satis; hæc autem sic posui atque interpretatus sum; quia multum cogitanti mihi nihil aliud occurrebat præferendum.

V. 22-23. Περὶ τῶν θετικῶν... Τὰ θετικά sic dicta sunt a Θέσις, quæstio infinita et universalis, ut de rebus bonis et malis, de justitia et injustitia, de gloria etc.; cui contraria est ὑπόθεσις, quæstio finita, de certis rebus, quæ ad certas personas, locum, causas, tempora refertur. Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. p. 156: « Illa est philosophorum, hæc oratorum. Vid. Sturm. ad Hermog. Στάσ. p. 10 et 11. » Idem, in voc. Ὑπόθεσις, p. 364: « Ὑπόθεσις... *quæstio finita* rebus et personis, qualis in orationibus forensibus requiritur, et opposita est τῇ θέσει, quæ est quæstio indefinita et universalis, cujus vim et indolem separatim suo loco declaravimus. » Anonym. Schol. in Aphthon., Rh. gr. Walz., t. II, p. 65: Ὑπόθεσίς ἐστι ζήτησις πολιτικὴ ἐφ' ὡρισμένων προσώπων καὶ πραγμάτων τὴν ἀμφισβήτησιν ἔχουσα, καὶ ἀπαιτοῦσά τινα παρὰ τῶν ἀκουόντων μετὰ τὸν λόγον ἐνέργειαν. Apud Quinctil. III, 5, θέσεις vocantur *infinitæ quæstiones*, quæ remotis personis, temporibus, locis cæterisque similibus, in utramque partem tractantur. Sunt igitur τὰ θετικά, *infinita*; quod firmant Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus: Σημειωτέον ὡς ἐξετάζοντας τὸν πλοῦτον καὶ τὰ ἄλλα, δεῖ τὰς κατασκευὰς αὐτῶν καθολικὰς εἶναι καὶ τρόπον τινὰ θετικάς. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 352; Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus: Συστησόμεθα δὲ τοῦτο θετικῶς λέγοντες, ὅτι πᾶσα πρᾶξις ἐκ τῆς προαιρέσεως δοκιμάζεται. Ibid. p. 665. Georg. Pletho, Rhetoric. Compend.: Καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον κεφάλαιον δεῖ θετικῶς εἰσάγειν τὸν ῥητορεύοντα. Ibid. t. VI, p. 556. Θετικὸν κεφάλαιον idem esse quod Θέσις patet ex Theon. Progymnasm. l. l., t. I, p. 166: Ἔστι δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ λόγῳ εὑρεῖν θετικὸν κεφάλαιον· οἷον ἐν τῷ Δημοσθένους κατὰ Ὀνήτορος ἐξούλης εἰ ἀληθεῖς αἱ βάσανοι, καὶ ἐν τῷ παρὰ Αἰσχίνῃ κατὰ Τιμάρχου, εἰ ἀληθεῖς αἱ φῆμαι, καὶ ἄλλα ἄλλοθεν.

Hæc Noster dicit in Aristotelis locos communes. Ad rem

apprime facit Cic. Orat. XIV: « *Hæc* igitur *quæstio* a propriis personis et temporibus, *ad universi generis orationem traducta*, appellatur *Thesis*. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum, in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset, exercuit; idemque *locos*, sic enim appellat, quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. »

V. 23-24. Ἡδονῆς μὲν γέμει... Similia habet Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἐνταῦθα γὰρ ἡ ἀφήγησις κατὰ τάξιν τῶν πραγμάτων φυσικὴν, καὶ ὅμως τὴν μέθοδον ἔχουσα εὐκρινείας πολλῶν γέμει τῶν καλλίστων. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 188. Cf. Platon. Phædr. Bekk. ed. Lond. 1826, t. I, p. 189: Οὐκοῦν ὁ τέχνην οἰόμενος ἐν γράμμασι καταλιπεῖν καὶ αὖ ὁ παραδεχόμενος, ὥς τι σαφὲς καὶ βέβαιον ἐκ γραμμάτων ἐσόμενον, πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι.

V. 26-27. Τὸ δὲ — αὐτοῖς... In Ms. hæc sic leguntur: ΤΟΔΕΤΟϹΟ7ΤΟΚΑΙΝ7ΝΕΙΓΕΙΝ...ΤΟ. Ubi pro ...το posui αὐτοῖς, ut sibi constet sententia.

COLUMNA XXVI.

V. 1-2. Τέχνη, κατὰ μάθησιν... Artem anteit disciplina, teste Geometra, apud Doxopat. Homil. in Aphthon.: Ὁ δὲ Γεωμέτρης διαφέρειν φησὶ τέχνην καὶ ἐπιτήδευμα, τῷ τὰς μὲν τέχνας διὰ μαθήσεως ἡμῖν μόνοις προσγίνεσθαι, τὰ δὲ ἐπιτηδεύματα καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν εἰς μεταχείρισιν ἥκειν. Rh. gr. Walz., t. II, p. 430. Quid sit τέχνη et ἐπιτήδευμα docet Ammon. De Simil. et different. vocab.: Τέχνη ἐπιτηδεύματος διαφέρει. Τέχνη μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄνευ λόγου μὴ δυναμένη εἶναι, οἷον γραμματική, ῥητορική. Ἐπιτήδευμα δὲ, τὸ λόγου χηρεῦον, οἷον χαλκευτική, τεκτονική. Cf. Doxopat. l. l., p. 109; Troil. Rhetor.

Prolegom. ibid. t. VI, p. 43; Syrian. Schol. in Hermog. De Statibus, ibid. t. IV, p. 41; Marcellin. ibid. p. 53. Sopat. in Hermog. Rhet., ibid. V, p. 4, ubi tradit quid inter *artem* et *scientiam* intersit: Διενήνοχε δὲ ἡ τέχνη τῆς ἐπιστήμης, τῷ μὴ ἀδιαπτώτῳ κεχρῆσθαι τῷ σκοπῷ, ἀλλὰ μεθαρμόζεσθαι πρὸς πρόσωπα καὶ καιρούς. Philodemus *Artem* definit in Ms. De Rhetorica, N° 1674, col. LIV, v. 9-13 : **ΦΗΜΙΚ7ΙΤΑ7ΤΑΚΑΙΤΑΤΟΙΑ7ΤΕΧΝΑCΚΑΛΕΙΝΑΛΛΑΤ.ΓΡΟCΦΕΡΟΜΕΝΑΤΟΜΕΘΟΔΙΚΟΝC..ΓΡΟΧΕΙ....** Quæ ita restituenda propono : Φημὶ καὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τέχνας καλεῖν, ἀλλὰ τὰ προσφερόμενα τὸ μεθοδικὸν ὡς προχείρως.

V. 3-4. Περὶ ἀορίστων καὶ περὶ ὡρισμένων... Hermog. De Formis, I : Καὶ ὅλως καθ' ἕκαστον ἐθέλων αὔξειν εὕροις ἂν πολλὰ καὶ ἐνθυμήματα καὶ παραδείγματα, καὶ ὡρισμένα καὶ ἀόριστα. Cf. Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 92. Memoranda videntur quæ ibid., in margine codicis Paris. apud Syrian. p. 90, not. 10 adscribuntur : Ὡρισμένα καλεῖται ὧν ἡ ποιότης ἐν ταῖς ἱστορίαις ὥρισται, καὶ δῆλά ἐστιν αὐτοῖς τὰ πεπραγμένα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἕτερόν τι εἰπεῖν, οἷον περὶ Δημοσθένους οὐκ ἂν εἴποιμεν, ὡς ἀνδρεῖος ἦν, τῶν ἱστοριῶν δεικνυουσῶν, ὡς ἐν ταῖς μάχαις ἐλειποτάκτει, καὶ περὶ Περικλέους οὐδεὶς ἂν εἴποι, ὡς ἦν ταπεινὸς, τοῦ φρονήματος αὐτοῦ δεικνυμένου ἐκ τῆς ἱστορίας κτλ.

V. 13-14. Μαργίτου μανίας... Hæc proverbialiter dicta fuisse ostendunt quæ tradit Suidas, p. 2398, ed. Gaisford. : Μαργίτης· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος ἐπωνυμίαν Ἀλεξάνδρῳ ἔθετο. Ἐκάλουν δὲ τους ἀνοήτους οὕτως. Sic Polyb. in Excerpt. a Valesio, p. 58 : Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον. Cf. quos citat Gaisford., atque H. Stephan. Thes. t. II, p. 793, ed. 1572.

V. 22. Πρὸς ἕκαστον... Verba πρὸς ἕκαστον idem significant quod εἰς ἕκαστον, v. 19. In interpretando δεσμῶν ἔχει χρείαν, seriem sententiarum secutus sum, quum verba obscuriora viderentur.

V. 24. Ἐκ περιουσίας... Verbis ἐκ περιουσίας frequenter utuntur rhetores. Sic Auctor Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur,

X, 16: Φαίη τις ἂν ἐκ περιουσίας ταῦτα λέγεσθαι· ἀλλὰ τοὺς πλείους τῶν λόγων ἐπ' αὐτοῖς ἀναλίσκουσιν. Ἔπειτα εἰδέναι δεῖ καὶ περὶ τῶν ἐκ περιουσίας κεφαλαίων τί τότε λεκτέα ἐστὶν κτλ. Doxopat. Homil. in Aphthon.: Ἡ δὲ συγχώρησις μετὰ τὴν ἀνασκευὴν τῶν ἀντιδίκου λόγων ὥσπερ ἐκ περιουσίας τινὸς ἐπάγεται, Rh. gr. Walz. t. II, p. 343. Idem, ibid., p. 374: Ἐπειδὴ δὲ τὰ δι' ὧν εἰς τὴν ῥητορείαν γυμναζόμεθα παραδιδοὺς, καί τινα ὠφέλιμα ἔξωθεν παρεπόμενα διδάσκει, ἐκ περιουσίας τοῦτο ποιῶν, οὐ μέμψεως μόνον πάσης ἀνώτερος, ἀλλὰ καὶ ἐπαίνων μεγίστων καθέστηκεν ἄξιος. Cf. Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 49; 499; Marcellin. p. 410; Apsin. περὶ προοιμίων, VII, l. 1., t. IX, p. 509: Εἰσὶ δὲ τῶν ἀνατροπῶν αἱ μὲν ἁπλαῖ, αἷς ἥδε ἡ μέθοδος εἰσπίπτει· αἱ δὲ, ἐκ περιουσίας, ὡς ἐν ἐκείνῳ· εὐηργέτησε, τοῦτο ἁπλῶς· εἶτα μεθ' ὑπερβολῆς, οἷον· οὐ μόνον οὐκ εὐηργέτησεν, ἀλλὰ καὶ τάδε ἠδίκησε. Est quoque peculiaris περιουσία, quæ eam vim habet, ut orator in exordio ita fere causam constituat: *de minore crimine accuso, quum potuissem de majore*. Cf. Hermog. De Invent. I; Quinctil. IV, 5, 15; V, 6, 2; VIII, 3, 88; Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. p. 259.

V. 26. Ἄφατον... Ms. habet A...ACON. Posui ἄφατον, quia mihi nulla alia ratio probabilis occurrit commodum inde sensum eliciendi.

COLUMNA XXVII.

V. 1. Εὑρεῖν... Tam frequens occurrit η pro ει, ut nihil facilius sit quam εὑρεῖν elicere ex ЄΥΡΗΝ, quod in Ms. legitur. Unum exemplum citare satis erit, quod ad h. l. apprime facit: καταφυγήν et καταφυγεῖν confunduntur apud Lydum, de Ostent., p. 160, ed. Cl. Hase. Quod ad εὑρεῖν attinet, cf. Dionys. Halic. in Lysia, XIV: Εὑρετικὸς γάρ ἐστι τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνόντων λόγων ὁ ἀνὴρ, οὐ μόνον ὧν ἅπαντες εὕροιμεν, ἀλλὰ καὶ ὧν μηδείς.

V. 2. Λέγειν δύνασθαι... Pro λέγειν, Ms. habet ΛΟΓΕ.., atque in margine N, cum vestigio litteræ I. Unde elicere fuit ΛΟΓΕΙΝ=ΛΕΓΕΙΝ.

. V. 8-10. Κατὰ τὰς κοινὰς αἰσθήσεις ἐπιβλεπομένων... Hinc Epicureum facile agnoscas, docente Diog. Laert. X, 31: Ἐν τοίνυν τῷ κανόνι λέγει ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καὶ προλήψεις καὶ τὰ πάθη. Subjiciam ipsius Epicuri verba, Epist. ad Herodotum, l. l., 37-38: Πρῶτον μὲν οὖν— εἴτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις δεῖ πάντα τηρεῖν καὶ ἁπλῶς τὰς παρούσας ἐπιβολὰς τῆς διανοίας, εἴτε καθ' ὅτι δή ποτε τῶν κριτηρίων. Intelligo perceptiones quas nobis comparamus per sensus. Cf. H. Stephan. Thes. t. I, p. 1062, ed. Didot.

V. 10-11. Κἂν ὑπὸ παιδὸς ἐλεγχθείησαν... Occurunt similia in Platon. Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 205: Χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐλέγξειεν ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις. Ibid., p. 210: Καὶ νῦν ἄλλο τι οὗτός ἐστιν ὁ λόγος ᾧ με καὶ ἂν παῖς ἐξελέγξειε. De voce παῖς in plerisque proverbialibus dictis cf. H. Stephan. Thes. t. III, p. 6, ed. 1572.

V. 8-9. Ἐξυμνοῦντες... Eodem sensu ἀνυμνεῖν habet Menander rhetor, τῶν ἐπιδεικτικῶν Διαίρ. IX: Ἐξ ὧν ἡγούμεθα καὶ ποιητὰς καὶ συγγραφέας καὶ ῥήτορας πάντας ἀνυμνεῖν θεοὺς ἐντέχνως, καὶ ὅπως καὶ ἐν ὁποίοις δεῖ καιροῖς. Rh. gr. Walz., t. IX, p. 157.

V. 9-10. Εἰς μεγάλας ἄγουσιν διατροπάς... Sic Polyb., VIII, 7: Εἰς τοσαύτην ἤγαγε διατροπὴν, ὥστε καθόλου κωλύειν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὸν ἐπίπλουν.

V. 11-12. Τῶν συνακουόντων προσώπων... In quo valde illos errare docet Aristot. Rhet. I, 3: Σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν· καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστι, λέγω δὴ τὸν ἀκροατήν.

V. 13-14. Ἰδίων καὶ τῶν περιστάσεων... Ἴδια, mea sententia, vocat ea quæ factorum aut rerum indolem, et veluti ἰδιότητα definiunt: περιστάσεις idem siguificant quod τὰ περιστατικά. Scheffer., in Georg. Plethon. Rhetoric. Compend. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 557 : « Hermagoras, ut observat Cassiodorus, περιστατικά appellat περιστάσεις; Tullius vertit *attributa*; nos *circumistantias* ex Fabio reddimus. Alii *elementa* vocant, ut prædictus Cassiodorus testatur; et profecto Theodoro sunt στοιχεῖα τοῦ πράγματος, apud Augustinum. Sunt autem fere sex : *persona, res, locus, tempus, causa, materia.* » Eadem tradit Sopat. Schol. in Hermog., De Statibus : Περιστατικὰ δὲ εἴρηται πολλάκις ὡς ἔστι ταῦτα· πρόσωπον, πρᾶγμα, χρόνος, τόπος, τρόπος, αἰτία, ὕλη, l. l., t. IV, p. 331. Hæc intelligi posse videntur de *laudationum communibus locis*. Menander rhetor, l. l. IX : Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι συνίσταται ἡ μονῳδία ἐκ τῶν ἐγκωμιαστικῶν· γένους, φύσεως, ἀνατροφῆς, παιδείας, ἐπιτηδευμάτων, πράξεων, Rh. gr. Walz., t. IX, p. 281. Cf. p. 292, atque Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, VI, § 2-3.

V. 14. Διατίθενται... Haud absimili modo Theon, Progymnasm. Rh. gr. Walz., t. I, p. 229 : Οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς ἔτυχε, τὸν λόγον διατιθέμενοι. Cf. Philodemum, col. XL, v. 17.

V. 15-16. Αἰνοῦσιν... Haud scio an sit pro ἐπαινοῦσι, omissa præpositione; id quod solemne est apud librarios, in compositis.

V. 21-25. Καὶ πάνθ' ὅλως—λόγους... In hoc loco multa monstrose adulterantur. V. 21, Ms. habet ΑΓЄΗΜΟΙϹ, quod restituere quum omnino desperabam, ab elementis recedens confugi ad αἱρετέον τά. V. 24, non mius misere corrumpuntur verba 7ΛΟΝΟ7ϹЄΗΝ ЄΡΙΘ, unde quam plurima potui elementa retinens, scripsi ea quæ suadebat sensus : intelligo de alio quodam Philodemi libro περὶ τῆς ῥητορικῆς, ad quem ipse fortasse adludit, col XLV, v. 9-10 : ἐν τοῖς ὕστερον γραφησομένοις.

COLUMNA XL.

V. 2-3. Ἀντίστροφα... Idem sonare arbitror quod apud Aristot. Rhet. I, 1 : Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. Quod ita vertit Cic., Orat. XXXII : « Atque etiam ante hunc (subintell. Zenonem) Aristoteles principio artis rhetoricæ dicit illam artem quasi *ex altera parte* respondere Dialecticæ. » Noster, in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XIV, v. 5-9 : Ὥστ' εἰκότως οὐδ' ἀντιστρέφουσί τινες ὃ λέγουσιν, ἅμα τὴν ῥητορικὴν καὶ τὴν σοφιστικὴν καὶ τὴν πολιτικήν. Ubi annotatur ἀντιστρέφειν, h. l., non aliud denotare quam quod Dialectici dicunt propositionem convertere, quum scilicet *subjectum* in *prædicatum*, et *prædicatum* in *subjectum* mutatur, et tamen vera manet ipsa enunciatio. Quapropter ἀντιστρέφειν seu *reciprocare* simul rhetoricam et politicam, idem est atque adfirmare *rhetoricam non esse a politica diversam, nec politicam a rhetorica discrepare*. Addam Anonym. Schol. in Hermog. De Invent. III : « Ἀντιστροφὴν ἐκεῖνοι (subintell. οἱ φιλόσοφοι) λέγουσι τὸ ποιεῖν τὸ ὑποκείμενον κατηγορούμενον, καὶ τὸ κατηγορούμενον ὑποκείμενον. Rh. gr. Walz., t. VII, p. 775. Rem exemplo dilucidat Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus : Τὸ δυνατὸν ὁ μὲν Βασιλίσκος ἀξιοῖ μετὰ τὸ συμφέρον τάττειν, λέγων περιττὸν εἶναι, τοῦ ζητουμένου μὴ συμφέροντος, σκοπεῖν εἰ δυνατόν ἐστιν· ἀλλ' ἀντιστρέφων ὁ λόγος φανεῖται· καὶ γὰρ μὴ δυνατοῦ ὄντος τοῦ προκειμένου, περιττὴ ἂν εἴη ἡ τοῦ συμφέροντος ἐξέτασις. Ibid. t. IV, p. 747. Cf. Platon. Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 183 : Τῆς δὲ πολιτικῆς ἀντὶ μὲν τῆς γυμναστικῆς τὴν νομοθετικήν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαστικήν. Ἀντίστροφον significat quoque argumentum *quod facile retorquetur ab adversario*; unde et ἀντιστρέφοντα argumenta Græci dixerunt, quæ referri contra convertique in eum possunt a quo dicta sunt. Cf. Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh., p. 30.

V. 11. Ἔψεξαν... In Ms. : ΕΨΕΤΑΝ. Nullus dubitavit quin rescribendum esset ἔψεξαν. Cf. Auctor. Rhetoric. quæ Dionys. Halic. fertur, XI, 1, ubi similia traduntur :

Καὶ διὰ τοῦτο συμϐαίνει ταῦτα (rectius cum Sylburg. : ταὐτὰ) καὶ ἐπαινεῖσθαὶ καὶ ψέγεσθαι· οὐ μόνον ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ ταὐτὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ποτὲ μὲν ἐπαινεῖσθαι, ποτὲ δὲ ψέγεσθαι... Οὐδέποτε γὰρ τὰ αὐτὰ ἡμῖν δοκεῖ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐπαινοῦμεν ταῦτα ἃ ποτὲ ἐψέγομεν· καὶ ἃ ἐψέξαμεν, ἐπαινοῦμεν.

V. 21-22. Ἐπηγμένων... Aristides, Τέχνη ῥητορική, Β' cap. II : Πολλάκις δὲ οἱ ἀφελεῖς καὶ ἐπηγμένοις ἔξωθεν παρὰ τὰ ὑποκείμενα χρῶνται ἐπινοήμασιν. Rh. gr. Walz., t. IX, p. 422.

COLUMNA XLI.

V. 1. Προσαγορεύουσιν... Præter exempla ubique obvia in quibus προσαγορεύειν idem significat, inter rhetores citare liceat Dionys. Halic. De Admiranda vi dicendi in Dem. LI; Longin. Fragment. V; Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus; Rh. gr. Walz. t. IV, p. 392; Sopat. in Hermog. Rhetor., l. l., t. V, p. 70.

V. 3-7. Οἷδ' ἐννοοῦνται — ὑμνοῦσι... Mendis scissurisque fœdantur v. 3-7, quos sic Ms. exhibet : **CI... CIΔ**
AIKAITOIC A7A7O7 ЄCTωCHTTOI
A7 ‾OIHTAIKAIMAΛЄCΘ C
T KAO7MNOYCЄ. Lacunas explevi verbis quæ suadebat sententiarum decursus. Quod adtinet ad ὑμνοῦσι dictum de diis, cf. Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l., t. II, p. 415 : Ὁ μὲν ὕμνος Θεῶν· τὸ δὲ ἐγκώμιον θνητῶν ἀνθρώπων. Similiter distinguuntur ὕμνος et ἔπαινος, in Platon. Conviv. Bekk. ed. Lond. 1826, t. V, p. 16 : Φαῖδρος γὰρ ἑκάστοτε πρός με ἀγανακτεῖν λέγει· οὐ δεινὸν, φησὶν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μέν τισι Θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους..... εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστὰς Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν κτλ. Morem sic Deos celebrandi invaluisse diu ostendunt varia illa hymnorum genera, quæ exstitisse tradunt Heeren., not. in Menand. rhetore p. 49; Ernesti. Lexic. Technol. gr. Rh. in multis locis·

Erant enim ἀποπεμπτικοί, quibus itinera deorum prædicabantur (Ernesti, l. l. p. 38); φυσικοί, in quibus res naturales juxta laudem dei alicujus enarrabantur (ibid. p. 370), μυθικοί in quibus deorum laudes dicebantur, ita ut simul vel historia mythica, vel deorum genealogia exponeretur, unde et nonnulli appellabantur γενεαλογικοί (ibid. p. 222), πεπλασμένοι mythicis oppositi, quia poetarum traditis Auctor novas de Diis enarrationes proferebat.

V. 14-15. Καταγορεύσωσιν... Cogitavi sive de κατηγορήσωσι, sive de κακηγορήσωσι. Utrumque enim probabilem sensum præbet. Notandum esse censeo sæpe confundi κατηγορεῖν atque κακηγορεῖν. Cf. Platon. Gorg. Bekk. l. l., t. III, p. 196 : Μὴ κατηγορεῖ, ὦ λῷστε Πῶλε. Ubi Heindorf.: « Facile in mentem veniat μὴ κακηγορεῖ, sed alterum potius videtur. » In Conviv. l. l., p. 6 : Ἀεὶ γὰρ σαυτὸν κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους. Tres codd. habent κατηγορεῖς.

V. 17. Οἴδασιν... De formis οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασι, cf. H. Stephan. Thes. ed. Didot. t. III, p. 200-201.

V. 21. Συγχωρήσομεν... Syrian. in Hermog. De Formis, Rh. gr. Walz., t. VII, p. 94 : Εἰ δὲ καὶ συγχωρήσομεν ἔτι εἶναι καταληπτούς, πόνων δεόμεθα καὶ ταλαιπωρίας πολλῆς πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν, καὶ μετὰ τὴν κατάληψιν αὖθις ἡ γνῶσις ἀσύμφορος. Cf. Eumdem, l. l., p. 100.

V. 22-24. Ὅμοια — εἶναι... Hæc accedere videntur ad proverbium ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, quod citat Plato, in Conviv. l. l., t. V, p. 58. Idem, in Protagor. l. l., t. I, p. 321 : Εἴτε γὰρ χείρων ἔσται ἡμῶν ὁ αἱρεθείς, οὐκ ὀρθῶς ἂν ἔχοι τὸν χείρω τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν· εἴτε ὅμοιος· οὐδ' οὕτως ὀρθῶς· ὁ γὰρ ὅμοιος ἡμῖν ὅμοια καὶ ποιήσει. Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis I : Ἤδη δέ τινες καὶ ἐπιμερίζειν ἠξίωσαν, καὶ καταλελοίπασιν, ὥς φησιν Ἑρμογένης, βιβλία μάλα πολύστιχα ἅ τινες ἀνελίττοντες, Πείθουσιν ὅμοιοι, φασὶν, ὁμοίους. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 66. Facili lapsu, Librarius τῶν ῥητορικῶν e v. 22-23 repetitum, scripsit iterum in Ms., v. 23-24.

V. 25. Χρησιμεύειν... Sic Noster in Rhetoric. Neapoli edita, ann. 1835, col. XVII, v. 29-34, ubi quod h. l. de genere demonstrativo dicit, id affirmat de tota rhetorum arte; nimirum

eam nihil utilitatis afferre: Τῶν δὲ ῥητόρων ἡ τέχνη πρὸς οὐδὲν ἐπιδείκνυται τῶν εἰς μακάριον βίον ἀνηκόντων χρησιμεύουσα. Idem, De Music., col. XVIII, v. 2-8: Τὸ δὲ μόνον τέλος αὐτῶν (h. e. τῶν συμποσίων) εἶναι φιλοφροσύνην οὐ τιθέντες, ἀλλὰ καί τιν' ἕτερα, πρὸς τὴν ἡδονὴν, οὐ πρὸς ἐκείνην χρησιμεύειν ὁμολογήσομεν, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς φιλίαν. Cf. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Χρησιμεύει δὲ ἡμῖν πολλαχῶς. Rh. gr. Walz., t. VI, p. 64; Anonym. Rhetor. Prolegom., ibid. p. 39: Χρησιμεύει δὲ ἡμῖν τὸ παρὸν βιβλίον εἴς τε τὸ εἰδέναι ποῖα τῶν προβλημάτων μελετᾶται, καὶ ποῖα οὔ, καὶ ποῖα μὲν ἀγωνιζομένοις, ποῖα δὲ γυμναζομένοις μόνον.

COLUMNA XLII.

V. 7. Δημήτριος... In Ms. ΔΗΜΗΤΡΙϹЄ, ubi C pro O ponitur, Є pro C: scripsi ΔΗΜΗΤΡΙΟϹ. Intelligo Demetrium Byzantium, cujus Noster meminit in Libro Περὶ ποιημάτων, col. XI, v. 34-35: ΔΗΜΗ... CB7ZANT IOCNAAIN, h. e. Δημήτριος ὁ Βυζάντιος πάλιν, restituent. doctiss. Dubner., *Fragmenta Philodemi*, Περὶ ποιημάτων. Diog. Laert., p. 195, ed. H. Stephan., hunc Demetrium memorat: Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι......τρίτος, ὁ Βυζάντιος Περιπατητικός. Quid proinde mirum, si eum lacessivit Noster, peripateticæ doctrinæ ubique infensus?

V. 13. Ἐπὶ εὔνοιαν ἥκοντα... Inter elementa magna ex parte sic mutilata CI \ЄΓΙЄ7 \.IAYΓKOITO, integrum apparet ЄΓΙ, quod retinendum esse putavi; quamvis magis arrideat εἰς, cf. col. XLI, not. in v. 26; quod cum ἥκω sæpe jungitur apud rhetores. Hermog. De Formis, I: Λέξις δὲ καθαρὰ ἡ κοινὴ καὶ εἰς πάντας ἥκουσα, Rh. gr. Walz., t. III, p. 205; Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus: Ὅσον ἧκεν εἰς τὸ σὸν μέρος, Ibid. IV, p. 662. Si quis igitur malit εἰς εὔνοιαν, libenter accipiam.

V. 15-16. Ἐπὶ τοῦ παρόντος... Quid hæc significent explicant ea quæ tradit Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus: Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγοι μὲν ἀφ' ἑκατέρων προσώπων εἰσὶν, οὐ μὴν ἰσχυροί· ἀλλ' οὐδὲ πάντη ἐλλελειμμένοι, ἀλλ' ἑνὶ μὲν μέρει ἐλλελειμμένοι καὶ πλείονες, τῷ δὲ ἑτέρῳ εὐτελέστεροι μὲν, ἔχοντες δὲ πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἰσχύν· διὸ καὶ ἑτεροῤῥεπὲς λέγεται. Rh. gr. Walz. t. IV, p. 171.

V. 17. Ἀγαθόν... Hoc εἰρωνικῶς dici innuunt ea quæ præcedunt v. 6-16.

V. 17-18. Μετὰ ταῦτα ἀποψόμεθα... Nimirum in aliis de Rhetorica libris, quorum Noster meminit col. XLV, v. 9-11: Ἐν τοῖς ὕστερον γραφησομένοις λόγοις ὑποθεωρήσομεν. Quod ad ἀποψόμεθα adtinet, similiter loquitur, De Music. col. IV, v. 1: Ἄλλῳ τόπῳ κατοψόμεθα.

COLUMNA XLIII.

V. 6-7. Μέρη — τῆς ῥητορικῆς... Sæpe μέρη cum εἴδη conjunctum occurrit apud rhetores. Doxopat. Homil. in Aphthon.: Σκοπὸς τοίνυν ἐστὶ τῷ Ἀφθονίῳ τῇ τῶν προγυμνασμάτων ὑποθέσει προασκῆσαι καὶ προεθίσαι ἡμᾶς εἰς τὰ κατὰ τὴν ῥητορικὴν εἴδη καὶ μέρη, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὰ τοῦ πολιτικοῦ λόγου μέρη. Rh. gr. Walz., t. II, p. 121. Cf. Ibid. p. 135, 137, 460. Neque tamen unum et idem esse docet, ibid. p. 122: Τοῦτο δέ φασιν διοίσειν μέρος εἴδους, τῷ τὸ μὲν εἶδος ἀποτελεῖν ὁλόκληρον ῥήτορα, τὸ δὲ μέρος οὐδαμῶς.... Εἰ μὲν ἕν τι τῶν μερῶν ἀσκεῖται ὁ ῥήτωρ, οὐκ ἂν λεχθείη ῥήτωρ· εἰ δὲ ἓν τῶν εἰδῶν ἀσκήσει, ἐξ ἀνάγκης ῥήτωρ ἐστίν.

V. 8-9. Κατέψευσται... Sic Noster, De Music. col. XXXIII, v. 11-14: Κατέψευσται δὲ παρ' οἷς λέγεται καὶ τὸ μόνην τῶν τεχνῶν παντελῶς ὠφελεῖν.

V. 13-14. Τῶν μαθημάτων καὶ τῶν τεχνῶν... Ut hic conjuncta vides μαθήματα et τέχνας, sic alibi conjuncta reperias modo τέχνας et ἐπιστήμας, Aristot. Rhet. I, 6: Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι πᾶσαι, καὶ αἱ τέχναι καὶ τὸ ζῆν· modo ἐπιστήμας

et μαθήματα, Joann. Siceliot. Schol. in Hermog., De Formis, I: Ἐκείνοις μὲν ἡ σπουδὴ περὶ ἕν τι καὶ μόνον· ἡμῖν δὲ περὶ πάσας τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰ μαθήματα, Rh. gr. Walz., t. VI, p. 76. Quid inter se discrepent τέχνη et ἐπιστήμη docet Sopater, Schol. in Hermog. Art. Rhetor.: Ἐπιστήμη μὲν οὖν ἐστιν ἀδιάπτωτος τῶν ὄντων προσφορά· τί ἐστι τοῦτο; τὸ ἀεὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γινώσκειν, καὶ μήτε καιροῖς, μήτε προσώποις μεταβαλλομένην ἔχειν τὴν εἴδησιν..... Ἡ δὲ τέχνη..... σύστημα ἐκ καταλήψεως συγγεγυμνασμένον πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Διενήνοχε δὲ ἡ τέχνη τῆς ἐπιστήμης, τῷ μὴ ἀδιαπτώτῳ κεχρῆσθαι τῷ σκοπῷ, ἀλλὰ μεθαρμόζεσθαι πρὸς πρόσωπα καὶ καιρούς, Rh. gr. Walz., t. V, p. 3-4. Cf. Doxopat. Homil. in Aphthon. l. l., t. II, p. 108-109; Syrian. et Marcellin. Schol. in Hermog. De Statibus, l. l., t. IV, p. 41, 53. Eadem pressiora tradit Max. Plannd., in Rhetoric. Prolegom. l. l., t. V, p. 219: Ἡ δὲ τέχνη ἐν μὲν τοῖς λογικοῖς κανόσιν αὐτῆς τοῦ ἀπταίστου ἔχεται, διὰ δὲ τὰ ἔξωθεν συμπίπτοντα ἔστιν ὅτε καὶ ἁμαρτάνει, καὶ μεθόριόν ἐστιν ἐπιστήμης καὶ ἐμπειρίας. Quod ut plane intelligatur, audiendus Sopat. l. l., t. V; p. 4: Ἡ δὲ ἐμπειρία ἕξις τίς ἐστι τοῦ πραχθέντος ἀπομιμητική, ἤτοι ἄλογος τῶν προκειμένων τριβή, ἤτοι ἐκμίμησις τοῦ πραχθέντος, ἐξ ἀδιακρίτου κρίσεως. Hanc definitionem explicat Doxopat. l. l., t. II, p. 109: Τὴν δὲ ἐμπειρίαν βούλονται εἶναι τριβὴν ἄλογον ἐκ παρατηρήσεως γινομένην· ἴδιον δὲ αὐτῆς τὸ μηδὲν μετὰ λόγου γινώσκειν, ἀλλ' ἀπὸ παρατηρήσεως μόνης· καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧτινι τέχνης ἐμπειρία διαφέρει, ἐπεὶ κατὰ τὰ ἄλλα διαφερόντως αὐτῇ κοινωνεῖ. Quod in causa fuit, cur multi Rhetoricam ἐμπειρίαν esse contenderent, eamque acerbe carperent; Marcellin., ibid. t. IV, p. 53: Ἐπειδή τισιν ἔργον ἦν τὸ διαβάλλειν τὴν ῥητορικήν, καὶ ἔλεγον αὐτὴν μὴ εἶναι τέχνην, ἀλλὰ διοίκησίν τινα καὶ πραγματείαν καὶ δύναμιν καὶ ἐμπειρίαν· ἕτεροι δὲ ἐπιστήμην· ὁ δὲ Πλάτων κολακείαν. Ἔστι δ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἕπεται μὲν δύναμις καὶ ἐμπειρία τῇ ῥητορικῇ, οὐ μέντοι ἐμπειρία ἡ ῥητορική, ἀλλὰ τέχνη. Cujus patrocinium suscepit Troilus, Prolegom. Rhetoric., l. l., t. VI, p. 42. Τέχνην ab ἐμπειρίᾳ secernit Plato, in Gorg. Bekk. ed. Loud. 1826, t. III, p. 297-298. Audiamus Philodemum, pravas artes ἐμπειρίας

vocantem, De Music. col. XXXIII, v. 22-27: Καὶ κατ' αὐτὸν λόγον ἡ φιλοσοφία, σπανίους ὠφελοῦσα, καὶ μουσικῆς καὶ πολλῶν ἐμπειριῶν φαύλων γίνεται χείρων.

V. 15. Διενθήκην... Hanc vocem, etsi deest in Lexicis, retinere non dubitavi, idem significantem quod ἐνθήκην, i. e. *Repositorium*. Cf. H. Stephan. Thes., ed. Didot, t. III, p. 1086. Potest intelligi quoque de *navis onere* quod gallice dicitur *La cargaison*.

V. 16. Ἀφετήριον... Interpretor: *Locus unde solvunt navigantes*; Schneider, *Griechisch-Deutsches Wörterbuch*, ed. 1819, t. I, p. 241: «*Ein Hafen, woraus die Schiffe ausgelassen,* « *entlassen werden, oder aussegeln.*» Sic Ἀφετηρία, subintell. γραμμή aut θύρα, *Carceres, unde equi cursu certaturi dimittuntur.* Poni pro principio ineundæ viæ aut profectionis, vel generaliter pro quovis principio, docet H. Stephan. ibid. ed. 1572, t. I, p. 1661. Ad naves refertur, in Synes. Epist. IV: Εὐθὺς μὲν οὖν (videlicet δίς που καὶ τρὶς ἐνσχεθείσης τῆς νεὼς) σοφὸν ἐδόκει ἀποβῆναι τῆς νεὼς ἐκ πρώτης ἀφετηρίας οὐκ εὐτυχοῦς. Jam monuimus Veteres, Epicureosque in primis, imagines e re nautica sumtas studiose aucupari. Sic, eleganti translatione, damna et mala, per improbos rhetoras hominibus illata, *naufragia* Noster appellat, in Rhetoric., Neapoli edita, ann. 1835, Col. XXV, v. 12-22: Εἰ δὴ ῥητορικὴ τούτων τὴν ἐμπειρίαν παραδίδωσιν, ὥστε μόνην ῥηθῆναι τὴν τετριμμένην ὥσπερ ὁδὸν εἰς τὸν μακάριον βίον βατεῖν, ἀλλ' οὐχὶ μὲν εἰς τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς ἐκκλησίας, ὅπου πλείω ναυάγια τῶν πρὸς τῷ Καφήρει.

V. 19-20. Ὑπ' ἐνίων—ὅτι καὶ βλάπτει... Philodemus maxima rei publicæ mala e Rhetorica oriri contendit, in Rhetoric., Neapoli edita, ann. 1835, col. XXXII. In oratoriam artem criminationes tempore suo jam illatas Aristoteles diluit, Rhet. I, 1: Χρήσιμος δέ ἐστιν ἡ ῥητορικὴ—καὶ βλάψειεν, ἀδίκως. Cf. Cic. De Invent. I, 1-4; Quinctil. II, 16.

V. 20-21. Προσφθοραῖς... Ms. habet ΓΡΟϹΤЄΟΒΙϹ; posui προσφθοραῖς. Etsi enim in Lexic. deest προσφθορά, tamen oritur a προσφθείρω, sicut διαφθορά, a διαφθείρω.

V. 24-25. Διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων... Vox ἀποτέλεσμα nonnun-

quam eodem sensu apud rhetores occurrit. Doxopat. Homil. in Aphthon.: Πᾶσα γὰρ τέχνη τοὺς μὲν κανόνας ἔχει καθολικοὺς, τὰ δὲ ἀποτελέσματα μερικά· ὡσαύτως οὖν καὶ ῥητορικὴ τέχνη οὖσα τὸν περὶ στοχασμοῦ λόγον ἔχει καθολικὸν, τὸν δὲ κατ' Αἰσχίνου ἢ κατὰ Τιμάρχου μερικοὺς ὡς ἀποτελέσματα. Rh. gr. Walz., t. II, p. 110. Joann. Siceliot. Schol. in Hermog. De Formis, I: Ἀναφέρεται δὲ τὸ τῶν ἰδεῶν βιβλίον, τοῦτο γὰρ ἡμῖν περιλείπεται, οὔτε εἰς τὸ θεωρητικὸν ἁπλῶς, οὔτε εἰς τὸ πρακτικὸν, ἀλλ' εἰς τὸ μέσον τούτων μεθοδικὸν καὶ ὀργανικόν... Κανόνας γὰρ καὶ μεθόδους διδάσκει, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς... Κατὰ δὲ τὸ τῆς μεθόδου ἀποτέλεσμα καὶ τῶν κανόνων, τουτέστι τοὺς λόγους καὶ τὰς ὑποθέσεις αὐτὰς μετέχει μὲν τοῦ πρακτικοῦ, διότι οἱ λόγοι χάριν πολιτικῆς πράξεως γίνονται. l. l., t. VI, p. 70.

V. 25-26. Οἱ τῇ ῥητορικῇ προσδιατρίψαντες... In Ms.: ΟΙΤΗΡΗΤΟΡΙΚΗΝΓΡ.. ΔΙΑΤΡΕΙΨΑΝΟΕC. Recte monet H. Steph. l. l. t. III, p. 1338-1339, ed. 1572, προσδιατρίβειν τινί idem esse quod διατρίβειν πρὸς τινι. Ut ῥητορικήν retinerem, scribendum fuisset πρός τὴν ῥητορικὴν διατρίψαντες. Etenim πρός, accusativo sequente, reperitur cum διατρίβειν. Quod si apud Lucian. De Merc. Cond. VIII, Πρὸς τὸ ἡδὺ ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς διατριβούσης, lectionis varietas περί nonnihil religionis movet, nullum certe dubitationi locum relinquunt Julianus, Orat. I, ab initio, Τοῖς πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας καὶ τὴν ποίησιν διατρίβουσιν, atque poeta quem citat Cl. Boissonad., Anecdot. tom. II, p. 369.

COLUMNA XLIV.

V. 1-2. Ὁμογενῶν... Habent rhetores ὁμογενῆ vel ὁμοιογενῆ, sed præcipue de rebus loquentes. Anonym. De Invent. Prolegom. l. l., t. VII, p. 71: Ὁμοιογενῆ μὲν λέγονται, ὅσα κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις κατά τι συμβεβηκὸς, εἴτε κατὰ περίστασιν, εἴτε κατὰ τὴν ἔκβασιν, ἢ κατὰ τὴν ποιότητα τῶν προσώπων, ἢ κατὰ τοὺς τρόπους, ἢ κατὰ ἄλλο τι.

V. 7. Ἐκπίπτοντας... Plato, in Gorg. Bekk. ed. Lond. 1826, t. III, p. 344 : Οὗτοι δὲ ἀνεφάνησαν ἐξ ἴσου τοῖς νῦν ὄντες, ὥστε εἰ οὗτοι ῥήτορες ἦσαν, οὔτε τῇ ἀληθινῇ ῥητορικῇ ἐχρῶντο — οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσον κτλ. Ubi Heindorf. monet ἐκπίπτειν proprie usurpari de actoribus, citharœdis, aliisque, qui a spectatoribus exploduntur et exsibilantur. Quod confirmat Horat. Art. Poet. v. 355-356 :

. . . . ut citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Inde traductum est ad varios, atque apud rhetores ubique usitatum. Cf. Syrian. et Sopat. Schol. in Hermog. De Statibus, Rh. gr. Walz. t. IV, p. 210 : Τισὶ δὲ ἔδοξεν ἀτελῶς ἔχειν ὁ παρὼν ὁρισμὸς, οὐδὲ γὰρ πάντα στοχασμὸν περιλαμβάνει φησίν· ἐν οἷς, λέγει ἀπό τινος φανεροῦ σημείου· ἐκπίπτουσι γὰρ τοῦ στοχασμοῦ, ὅ τε παράδοξος καὶ ὁ ἀπὸ γνώμης κτλ. Joann. Siceliot. Schol. in Eumdem, De Formis, I : Καὶ μὴν καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ οὐκ ἂν ἐκπεσεῖται τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ πρέποντος κτλ., l. l., t. VI, p. 87. Idem, ibid. p. 84 : Τὸ δὲ μὴ πάνυ τοῦ ἀκριβοῦς ἐκπεσεῖν τὸ δεύτερον τῶν μακαριστῶν.

V. 9. Μουσικόν... Cum rhetorica musicam musicosque jungere solemne fuit rhetoribus. Cf. Max. Planud., Schol. in Hermog. De Formis, I : Κἂν τῇ ἄλλῃ μουσικῇ. — Εἰπὼν, Ἄλλῃ ἐδήλωσεν ὅτι καὶ ἡ ῥητορικὴ Μουσικὴ μέν ἐστιν, οὐκ ἔμμετρος δὲ, οἵα ἡ τῶν ποιητῶν, ἀλλὰ ὥς τινος πεζοῦ λόγου γενομένη. Rh. gr. Walz. t. V, p. 459.

V. 15-17. Περιαιρεῖν—σφετερίζεσθαι... Subintelligo λέγουσι post περιαιρεῖν, atque φάσκομεν post σφετερίζεσθαι. Similiter subintelligo λέγουσι post περιποιουμένους, v. 21, atque φάσκομεν post ἐκποριζομένους, v. 23; ita ut rhetorum dicta, vicissim objecta, refellantur vicissim. Noster, tamquam ἐκ προαιρέσεως, ea omnia quæ sibi rhetores vindicabant, philosophiæ restituere conatur. Cf. Rhetoric. Neapoli editam, ann. 1835, col. XIII, XXXII.

V. 17-18. Πρόσφορον... Idem significat quod συμφέρον. Cf. Auctor. Rhetoric., quæ Dionys. Halic. fertur, Cap. III, 3 : Σύμμιξιν καὶ κοινωνίαν δυοῖν τοῖν προσφορωτάτοιν εἰς ἅπαντα τὸν βίον

μεμηχανημένος. Cap. X, 1 : Ἔστι δὲ τοῦτο ἐκ φιλοσοφίας, οὗ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ μέρος ἐξήρτηται, πρόσφορα τοῖς ἑκάστοτε ὑποκειμένοις προσώποις. Theon. Progymnasm. : Τὸ μὲν οὖν προοίμιον πρόσφορον δεῖ εἶναι τῷ μύθῳ. Rh. gr. Walz. t. I, p. 179.

V. 19-21. Πρὸς τὸ κατεργολαβεῖν — κομψείαν τινά... Hæc maligne dicta fuisse innuere videtur κατεργολαβεῖν — *opus conficiendum suscipere ; redempturas facere ;* ut mancipes et conductores solent, quibus Noster sophistas assimilat; adeo ut κομψείαν in malam partem adhiberi censeam, id quod τινά probabilius efficit. Κομψείαν arbitror idem significare atque κόμψευμα — *Scitamentum :* translate *orationis ornamentum.* Aul. Gell. XVIII, 8 : « Ὁμοιοτέλευτα, καὶ πάρισα, καὶ ὁμοιόπτωτα, cæteraque hujusmodi *scitamenta*, quæ isti ἀπειρόκαλοι in collocandis verbis immodice faciunt. » Cf. Forcellin., in voc. *Scitamentum.*

V. 26. Προσέτι ἀτιμουμένους . . . Hæc lacunis scatentia Ms. sic habet : . . . OC . . TIMEIC7ME . . . NO7 . . Erunt fortasse nonnulli qui judicabunt lacunas explere conanti mihi præsens auxilium afferre ea quæ exarantur col. XLV, v. 1. Ibi enim μᾶλλον, tamquam ἀντίστροφον, reposcebat ἔλασσον, pro . . . OC . . ; namque O sæpe ponitur pro C, in Volum. Herculan. Vocem autem μείους indicare videtur vox πλείονας. Ex hac conjecura erat legendum : Ἔλασσον ἢ μείους μὲν οὔτε κτλ., quæ ad meliorem ordinem ita reducentur : οὔτε ἔλασσον ἢ μείους μὲν, ut cohæreant cum iis quæ sequuntur, col. XLV, v. 1 : οὔτε μᾶλλον ἢ πλείονας.

COLUMNA XLV.

V. 5. Εἰσῆκται . . . Sic Hermog., De Formis, I : Τά τε προειρημένα σχεδὸν πάντα ἕνεκα μὲν τῆς ἐπιβολῆς καθαρῶς εἰσῆκται. Rh. gr. Walz. t. III, p. 204.

V. 8-9. Τεχνικώτερον εἶναι. . . Adludere videtur ad hæc verba

Platon. in Gorg. Bekk. ed Lond. 1826, t. III, p. 168-169: ΣΩ. Ὁ οὐκ εἰδὼς ἄρα τοῦ εἰδότος ἐν οὐκ εἰδόσι πιθανώτερος ἔσται, ὅταν ὁ ῥήτωρ τοῦ ἰατροῦ πιθανώτερος ᾖ. Τοῦτο συμβαίνει ἢ ἄλλο τι; ΓΟΡ. Τοῦτο ἐνταῦθά γε συμβαίνει. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας ὡσαύτως ἔχει ὁ ῥήτωρ καὶ ἡ ῥητορική· αὐτὴ μὲν τὰ πράγματα οὐδὲν δεῖ αὐτὴν εἰδέναι ὅπως ἔχει, μηχανὴν δέ τινα πειθοῦς εὑρηκέναι, ὥστε φαίνεσθαι τοῖς οὐκ εἰδόσι μᾶλλον εἰδέναι τῶν εἰδότων. ΓΟΡ. Οὐκοῦν πολλὴ ῥᾳστώνη, ὦ Σώκρατες, γίγνεται μὴ μαθόντα τὰς ἄλλας τέχνας, ἀλλὰ μίαν ταύτην, μηδὲν ἐλαττοῦσθαι τῶν δημιουργῶν.

V. 9-10. Ἐν τοῖς ὕστερον γραφησομένοις . . . Similia occurrunt apud Dionys. Halic. De Admiranda vi dicendi in Dem. LVIII: Ἐν τοῖς ἑξῆς γραφησομένοις ἀποδώσομέν σοι τὸν λόγον.

INDEX NOMINUM.

(*Paginæ Dissertationis Notitiæque indicantur numerorum notis quas vocamus romanas.*)

A.

B.

C.

E.

F.

G.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

INDEX RERUM.

A.

C.

D.

E.

G.

V.

INDEX

GRÆCARUM VOCUM

ET FORMULARUM QUÆ VISÆ SUNT NOTATU DIGNIORES.

(Paginæ Dissertationis Notitiæque indicantur numerorum notis quas vocamus romanas.)

Β.

Γ.

Δ.

E.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

ADDITAMENTUM.

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ

ΑΡΙΘΜΟΣ ΧΕ (a).

COLUMNA I.

. . . . (διὰ) τῆς ἐκ τῶν διδασ(κα)λείων τούτων εὐρυθμίας ἱκανῶς χαριέστε(ροι) γεγόνασι καὶ ἐν δή(μο)ις καὶ ἐν ἐκκλησίαις· καὶ γ(ὰ)ρ τάχα καὶ ποητικῶν (κα)ὶ φιλοσόφων μαθημά-τ(ων) μετα(σ)χόντες. τινὰ (δ)' ἂν ἡ ῥ(η)τορικὴ καὶ π(οεῖ)· βλάπτ(ου)σα γὰρ ἐκ τ(ῆς) (φ)ύσε(ω)ς, ἀγαθὰ πολ(λὰ) (μὲν), ἕ(ω)ς (προε)6άλλοντο, (φθείρει) (ἐν τοῖς) κεκ(τημένοις).

COLUMNA I.

. . . . per elegantiam hisce institutionibus comparatam satis gratiosiores facti sunt tum in curiis, tum in concionibus publicis: fortasse enim poeticis quoque, et philosophicis disciplinis imbuti sunt. Quædam vero Rhetorica etiam facit; quum enim natura sua noceat, bona multa quidem, quamdiu producebantur, corrumpit in illis qui ea possederunt.

Cap. I. — Quid præstet Rhetorica et cur rhetoribus pecunia detur.

COLUMNA II.

. . . . (φησὶν ὁ Ἀνα)ξιμένη(ς), ὡς οὐκ ἄν ποτε προσήσαν τοῖς ῥητορικοῖς ἀργύριον διδόν(τ)ες, εἰ μὴ τὸ δημηγ(ορ)εῖν, καὶ δικολο-

COLUMNA II.

. . . . ' dixit Anaximenes quod nunquam homines rhetoricis accederent pecuniam dantes, nisi prius, quasi ex ipsorum arte, perfecte fieret, ut concionentur et causas perorent: isti

(a) Hunc librum instauratum, latina interpretatione annotationibusque instructum Ang. Ant. Scotti, edidit Neapoli, ann. 1832. Uncis inclusa exhibentur ea quæ de suo penu dedit.

γεῖν, (ὡς ἀπὸ) τέχνης αὐτῶν, (προε)γίνετο τελείως· (οἷδε) τρέφονται παχέ(ως). τὸν γὰρ αὖ πορε(υόμε)ν, ὅστι(ς ὤ)ν τρόπ(ων ἀ)ξίω(ν). . .

. . . .

. . . . ἐκ τέ(χνης, τεκ)μήριο)ν ἔσται τοῦ (κ)α(τα)(σκευά)ζεσθαι πολιτ(ι)(κὴν ἀπ)ὸ τῆς ῥητορικ(ῆς). (ἀλλὰ μ)ὴν οὐχ ἕνε(κα)

autem laute pascuntur. Ei enim nostra negotia permittimus, qui, quum sit dignis moribus praeditus . . . .

. . . .

...... ex arte, argumento esse, quod Politica per Rhetoricam acquiratur. At vero non quia

COLUMNA III.

τοῦ κοινὸ(ν νο)ῆσαι μὲν ὂν τὸ τεκμήριον, εἰρῆσθαι τοῦτο νομι(στ)έον πρὸς ἡμῶν· ἀλλὰ ταῖς ἀληθείαις καὶ πλα(νῶ)νται πάντες οἱ σοφιστ(αῖ)ς ἀ(ρ)γύριον ἀναλίσκ(ον)τ(ε)ς· ὅταν γὰρ ἀκούσωσ(ι το)ύτων ἐν ταῖς δείξ(εσι) καὶ ταῖς πανηγύρεσ(ι, φησ)ὶν (ὁ) Ἐπίκουρος, κ(αὶ ψυ)χαγωγηθῶσι, διὰ (τὸ μὴ ε)ἶναι περὶ συ(μ)βο(υλίου τι)νὸς τὸν λόγο(ν, οὐδὲν ἄ)ν συμφέρον (ἐστὶν, ὡς ἐ)ν (ταῖς)

COLUMNA III.

communem consideramus eam, quae est peculiaris ac perpetua nota, propterea hoc a nobis dictum esse censendum est; sed re vera etiam decipiuntur omnes, qui in sophistas pecuniam insumunt. Quando enim illi istos audierint in declamationibus et panegyribus, inquit Epicurus, atque oblectati fuerint; quia de aliquo consilio ineundo sermo non est, utique nihil utile est, uti in concionibus publicis, ac judiciis fit. In istis enim, quae de aliqua urgenti re

ἐκκλ(ησίαις καὶ τ)οῖς δικαστηρ(ίοις γίν)εται. ἐν μὲν γὰ(ρ τούτοις) ὑπὲρ τοῦ (ἐγ)κειμ(ένου) δὴ λεγομένοι(ς κ)ινδ(υ)νεύοντες, ὅταν (μὲν διὰ λόγου θέ)σιν, ὅταν δὲ δι' (αὐτὸν) τὸν ὅρκον σοβο(ύ)μενοι, προσέχουσι τὸ(ν) νοῦν τοῖς λεγ(ομένο)ις· ἐν δὲ ταῖ(ς) πανηγύρεσι καὶ δείξεσι τῶν σοφιστῶν, οὐθὲν οὔθ' ὑπὲρ (ὅρ)κου φ(ρο)ντίζον(ται, ὅτι οὐχ ὀ)μωμόκασίν τι (διακρίν)ειν, οὔθ' ὑπὲρ (τῶν λεγομ)ένων, εἰ συμ(φέρει ἡ μν)ήμη· οὐ γάρ (ἐστιν ὑπὲρ πολ)έμου, καὶ

dicuntur, auditores, dum in periculo sunt, aliquando quidem orationis argumento, aliquando autem ipso jurejurando excitati, mentem iis quæ dicuntur intendunt: in panegyribus autem ac declamationibus sophistarum neque ob jusjurandum solliciti sunt, quia non juraverunt se quidpiam judicaturos, neque ob ea, quæ dicuntur, num scilicet ipsorum prosit memoria; non enim sermo est de bello, et

---

COLUMNA IV.

(εἰρ)ήνης ὁ λόγος, ὑπὲρ ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν α(ὐ)τὰ δή ποτε ψ(η)φίσασθαι· ἐὰν (δὲ) καὶ ὑπὲρ (π)ολέμου (καὶ) εἰρήνης ᾖ γῆ, καὶ ἄλλο (ἐστ)ὶν, ὅσον ἐ(ν) ταῖς ἐκκλ(ησίαι)ς που (εἴρη)ται, (ο)ὐ (Π)ερικ(λοῦς) ἐπέ(χον)τός τινος, (καὶ) οὐδεί(ς) ἐστιν ἐν τῷ (π)αρόν(τι) ὁ λόγος ὧ(ν συμ)φ(έρει), (ἔξω) ὄντο(ς τοῦ αὐτοὺς) ἀνάγον(τος τ)αῖς πανηγύρεσι(ν. εἰ) δ' (οὕτ)ως ἀκού(ωσιν, οὐ) μὲν (λ)εγομένοι(ς πρ)οσέχ(ο)υ(σ)ιν, (εἰ ἔστι συ)μ(φέ)ροντα ἢ (μὴ σ)υμ(φ)έ(ρον)τα, καὶ το(ῦ) συν(ό)λ(ου ἀ)λη(θῆ), ἢ οὐκ ἀληθῆ· ὑπ' αὐτο(ῦ) δὲ τοῦ ἤχου, καὶ τῶν (π)εριόδων καὶ τῶν παρίσω(ν, ἢ) ἀλλ(αττόν)τω(ν), καὶ ὁμοιο(τιθ)έντων ψυχαγωγ(ού)μενοι, (οὐ)

COLUMNA IV.

pace, de quibus necesse est ipsa aliquando decerni: quod si etiam de bello et pace agatur, non modo aliud est, quod in publicis concionibus aliquando dictum est, quum non adsit quis Pericles, qui attendat; sed et nullus est in præsenti sermo de iis quæ prosunt, quum omnino extraneum sit, quod eos ducit ad panegyres. Si autem ita audiunt, iis quidem quæ dicuntur non attendunt, ut judicent, utrum ipsa utilia sint, an inutilia, et utrum omnino vera, an falsa: ab ipsa autem vocis modulatione, et periodis, et membris æqualibus, vel permutatis,

δὴ προσε(δ)όκ(η)σαν, ε(ἰ)
οὕτω ἅ(ν οἷοι) ἦσαν καὶ
ἐν ἐκκλ(ησί)αις καὶ δικα-
στηρίοις ἐ(ξαπ)αλλάττειν·
οὐ συνορῶντες, ὅτι οὐ-
δ' ἂν ἠ(λ)έ(γχο)ντ(ο), (εἰ) ἐν ἐκ-
κλησίᾳ κ(αὶ) δικαστηρί-

et similiter positis oblectati nequaquam exspectarunt, oum isti sophistæ possent in publicis concionibus, ac judiciis bene se gerere; non considerantes, quod non redarguerentur, si in concione ac judicio

COLUMNA V.

(ῳ αὐ)τῷ λαλοῦντος
ἤκουον· ὅθεν ἦλθον ἐ-
πὶ τ(ὸ) ἀναλίσκειν μισθὸν
τοῖς σοφισταῖ(ς· ε)ἶτ' εὐθὺς
γιγνώσκουσ(ιν), ὅτι ἀπο-
λωλέκασι τὸ (ἀ)ργύριον.
Οὐθὲν γὰρ, οἶμ(αι), αὐτοῖς
συντελεῖται πρὸς τὸ πρᾶ-
(γ)μα, ἀλλ' ἡ δια(τριϐ)ὴ καὶ
ἀγωνία. Δια(τρι)ϐὴ μὲν
(προγ)εγυμ(νασμ)έ(ν)οις ῥη-
τορε(ύ)ειν, (ὡς κ)ατ(ὰ τ)ρό-
πον μὲν ἀ(παλ)άττον-
τας, κατὰ τ(ὴν ἐν) τῷ λέ-
γειν ἰδέαν (οὐθ)ὲν πα-
ρακρούεσθα(ι το)ὺς δικασ-
τ(άς), μὴ κατὰ (τ)ρόπον δὲ
ἀποχωροῦντας διακε-
νῆς ἀργύριον ὑπολαμ-
ϐάνεσθαι σοφιστείαν ἠλω-
κέναι. Ἀγωνία δὲ περὶ
αὐτῶν τούτων ἐνθυ-
μου(μ)ένοις, καὶ μᾶλλον
ἔτι περὶ τοῦ, πῶς (ἐν) τῷ
λόγῳ δόξει ἀπαλλάτ-
τειν ἤ περ περὶ τοῦ μὴ
δόξῃ παρακρο(ύε)σθαι
τοὺς δικαστάς. (τ)αὐτά
τε δὴ αὐτ(οῖ)ς περίεστιν
ἐκ τοῦ πράγ(μα)-
τος, καὶ ἅμα συ(νδ)έσμο(ι)ς
ἕπ(εσθαι) προσεχῶς καὶ

COLUMNA V.

ipso loquentem audirent: quam ob rem ad mercedem sophistis solveodam devenerunt: deinde statim cognoscunt se pecuniam perdidisse. ¶ Nihil enim, arbitror, ab ipsis ad rem conficitur; sed abundat exercitatio et animi contentio. Exercitatio quidem, quia sese exercnerunt ad ita perorandum, ut recte quidem caveant, oe diceodi forma offendant jndices, non recte vero caveant, ne alii sentiant sophisticam artem frustra pecuniam accepisse. Aoimi autem contentio, quia de his ipsis solliciti sunt, et adhuc magis de modo, quomodo scilicet io oratione videantur cavere offensionem, quam de modo quo noo videantur offendere judices. Atque hæc profecto ad rem noo facientia in sophistis abuodant; et simul conjunctiones sectari attente et

Cap. II. — Quid sit eloquentia Sophistarum.

COLUMNA VI.

(πτώ)σεσιν ἐν τοῖς λεγο-

COLUMNA VI.

casus in dicendo; neque res, quæ

μένοις, μήτε τοῖς ὑφ' αὐτῶν ἀναγγελλομένοις παρακο(λ)ουθεῖν, μήτε τοῖς (ὑ)φ' ἑ(τέ)ρων. Οὐ μὴν ἀλλὰ κα(τὰ τὸ) (σ)υνέχον μὲν διὰ τ(αύτ)ην προσέρχονται τὴ(ν α)ἰτίαν τοῖς (ῥ)ητορικοῖς ἔ(νιοι), καὶ δι' ἄλλας δέ τινας· (πρ)ὸς τὰς μὲν ἁμαρτάνον(τε)ς, τὰ(ς δ' ο)ὐ κ(ατ)ανοῦν(τες· ὧ)ν ἐπε(μ)νησθῆμε(ν ἐ)ν τοῖς πρό(τ)ερον ἀνα(γρ)αφεῖσιν. Οὐ (το)ίνυν βελ(τίους) ἀνα(στ)ρέ(φ)ονται τοῦ (ψευδ)οσοφισ(τοῦ ῥ)ήτορε(ς). (Οἱ) δ(ὲ ἐ)πειδὰν φῶσι τεκμή(ριον εἶ)ναι τοῦ κατασκ(ευάζεσ)θαι πολιτι(κὴν ἐκ) τῆς τέ(χνης ῥητόρων, καὶ) ἐκ τῶν δ(ιδ)ασκαλείων, οἵους τ' εἶναι καὶ δίκ(α)ς λέγειν, (καὶ λέγο)ντ(ας) ἐν ἐκκλησίαις ἀναστρ(έφε)σθαι, ὥσπερ τοῦ τ(ὴ)ν γραμματικὴν ἀπο(τελεῖν) γράφοντα(ς), καὶ(ἀν)αγινώσ(κο)ντα(ς) τὸ τοὺς π(ρο)σέδ(ρο)υς ὄντας δύνασθαι ταῦτα ποιεῖ(ν· τοῦτο δὴ π)αρατεθ(ὲ)ν ὑ(π αὐ)τῶν (ἐ)λεγκτι-

vel a se, vel ab aliis enuntiantur, continua animadversione assequi. Verum enim vero hanc ob causam nonnulli frequenter rhetoricis accedunt, et ob quasdam alias; decepti quidem in aliquibus earum, non cognoscentes autem alias, de quibus in iis quæ in antecessum scripta sunt mentionem fecimus. Non meliores itaque quam pseudosophistæ emergunt rhetores. ¶ Quod si hi dicant eo argumento probari, Politicam per rhetorum artem atque institutiones acquiri, quia ipsi possunt et causas dicere, et dicendo in publicis concionibus versari; quemadmodum grammaticam homines reddere scribendi et legendi peritos illo argumento probamus, quod viri assidue ei incumbentes possint hæc facere; profecto istæc comparatio ab ipsis adducta ipsos

Cap. III. Num Politica per Rhetoricam acquiratur.

COLUMNA VII.

κὸν μᾶλλόν ἐστιν αὐτῶν· ἐπειδὴ γραμματικὴν μὲν οὐδεὶς ἀναλαβὼν ἀνεπιστήμων ἐστὶ τοῦ γρ(ά)φειν, καὶ ἀναγινώσκε(ιν), οὐδὲ μὴ λαβ(ὼ)ν α(ὖ ἐ)πιστήμων· τὰ δὲ ῥητο(ρ)ικὰ πολλοὶ μαθόντες (ἀ)δυνατοῦσιν δίκας λέγε(ιν), καὶ δημηγορεῖν, κα(ὶ π)λείου(ς γ)ε τῶν δυν(αμ)ένω(ν)· πολλοὶ δὲ τ(ῶν μὴ) μα(θ)όν-

COLUMNA VII.

potius refellit; quoniam nemo quidem, qui grammaticam didicit, scribendi et legendi ignarus est; nec rursum gnarus est, qui non didicit: multi autem quum res rhetoricas didicerint, non valent causas orare, et ad populum concionem habere; et hi quidem plures sunt illis qui valent: multi vero, qui non didicerunt, valent; et hi quidem sunt multo plures illis qui didicerunt: quapropter dicamus ne-

των δύνα(νται, κ)αὶ πολλῷ γε πλείους τῶν (μ)αθόντων (εἰσίν· ὥστ') ἐκ τούτων ἀνάγ(κη λ)έγειν, μηδ' ὅσοι δύ(ναν)ται πολιτεύεσθαι (τῶν) μαθόντων, παρὰ τοῦ(το) δύ(να)σθαι, (παρ' ὅ)σον (τήν γε δύν)αμι(ν ἀν)έλαβ(ον, ὡς οἱ σο)φισταὶ παρ(αληροῦσιν), ἀλλὰ παρά τινας ἄλλας αἰτίας. Εἴησαν δ' αὐταὶ φύ(σε)ις τὸ καθ' ὑπερβολήν, (καὶ) αὐ(ταὶ) συνέργουσα(ι) πρὸς δυνάμεως ῥητορικῆς κατά(κ)τησιν, καὶ σπουδή(ν, π)αρ(ὰ) τὴν ἄσκησιν τὴ(ν ἐ)ν τοῖς πολιτικοῖς· ἐπειδὴ καὶ ἅπαξ ἀν(έ)δει(ξ)αν αὐτοὺς ῥητορικῆ(ς) ζηλωτὰς μα-

cesse est, ne omnes quidem quotquot edocti rempublicam administrare valent, propterea valere, quod facultatem discendo acceperint, uti sophistæ effutiunt, sed propter quaspiam alias causas. ¶ Produxit autem ipsa natura id quod est eximium, dum et ipsa cooperatur ad facultatis rhetoricæ acquisitionem atque ad studium præ exercitatione in rebus politicis; quum vel semel effecerit homines ipsos rhetoricæ doctrinæ cupidos,

Cap. IV.

Quo modo facultas politica comparetur

COLUMNA VIII.

θήσ(ε)ως, καὶ ὁμῶς καὶ ἐν τῇ διατριβῇ λόγων πολιτικῶν ἀνεπλήσθησα(ν ἐχ)όντων πολὺ τὸ τῆ(ς ὁμ)ο(ι)ότητος, καὶ μιμήσε(ω)ς. Καὶ μετὰ (πεποιη)μέ(ν)α ταῦ(τα διὰ) (πο)λ(υ)πρ(α)γμοσύνην, ἀφ' (ἧς) ἡ πο(λ)ιτικ(ὴ μ)ά-λ(ισ)τ' ἐμπειρία περιγί(νεσθ)αι π(έ)φυκεν, καὶ (εἰσιν ἰδίω)ς αἰτίαι πλεῖ(στ)α(ι, αἷς ἀν)άγκη μηκύ(νειν τὸ ταττ)όμενον (ἀπὸ φύσεων)· αἵ περ τοιαύ(της) ἐ(πικοιν)ωνίας (πρ)ὸς τ(ὰς δια)τριβὰς ὑπαρχού(σ)ης, ὁμῶς οὐ (χ)ρό(ν)ον ἐ(φ)έ(ξει)ν (ἂ)ν προ(τρέχο)νται, (ὥστε κα)ὶ (δημηγ)ορίας (παῖδε)ς ἔ(τ)ι (εἰσὶ δει)νοὶ χειρί(ζ)ειν. Ἡ (δὲ τεχνῶ)ν ἄλλων μάθη-

COLUMNA VIII.

et pariter etiam in exercitatione sermonibus politicis completa est, qui multum similitudinis et imitationis habeant. Atque post ea quæ effecta sunt per multorum negotiorum curam, a qua potissimum politica experientia produci solet, sunt etiam proprie causæ plurimæ, quibus differatur, necesse est id, quod disponitur a natura: quæ quidem licet habeat talem cum exercitationibus connexionem, tamen non ita præcurrit ad decursum temporis inhibendum, ut et pueri publicas conciones valeant susci-

(σις, καὶ τῆς) φιλοσοφί-
(ας, καὶ τῆς) γραμματι-
κ(ῆς, καὶ) ὁποίας οὖν, εἰ
(πρ)ο(σφ)ανήσεται χάριν
(ἔχειν, μὴ) τοιοῦτο δὴ,
(ὡς ἐν τ)οῖς τὰς ἐπιστή-
(μας τα)ύτ(α)ς ἀποφαίνειν
(τὴν πο)λιτικῶν δύνα-
(μιν, ἀλλ' ο)ὐδ(ὲ τ)ὸ τὴν ῥητο-
(ρικὴν), ἕνεκα τοῦ τινας

pere. Cognitio autem aliarum artium, et philosophiæ, et grammaticæ et cujuscumque disciplinæ si videbitur prodesse, non adeo tamen, ut scientiæ istæ in discentibus producant politicam facultatem, sed neque ut eam producat rhetorica, eo quod nonnulli

COLUMNA IX.

. . . .
ἐ(κ) τῶ(ν) διατριβ(ῶν ἐξ)-
έρχεσ(θα)ι πολιτεύεσθαι
δυν(α)μένους. Καὶ ταῦ-
τα μ(ὲν) ἐπὶ τοσοῦτον·
ἐπειδ(αν) δ' ἐρωτῶσιν, εἰ
μὴ τ(οὺ)ς (ῥ)ήτ(ο)ρας φήσο-
μεν (π)ο(λ)ιτικοὺς, τί-
νας ἄλ(λ)ου(ς), ἀποκριθῆ-
ναι ῥᾴ(διόν ἐσ)τι τοὺς ἰδιώ-
τας· (οὐ γὰρ τὰς δείξεις), οὐ-
δὲ τ(ὰς διατριβὰ)ς, ἐπει-
δὴ μ(είους δι' αὐτ)ῶν ἔ-
δοξ(αν, φαῖμεν) μηδὲν
ὑπά(ρχει)ν· ἀλλὰ καὶ τοῖς
ῥήτ(ορσιν) μέν τοι τοὺς
πα(νηγ)υρικοὺς, ἀλλὰ
τού(ς ἐν τ)οῖς ἀληθινοῖς ἀ-
νασ(τρ)εφομένους ἀγῶ-
σι, καὶ πολλοὺς τῶν οὐ
(ῥ)ητόρων δύναμιν (κ)εκ-
τημένους πολιτική(ν).
χωρὶς τοῦ γελοιό(τ)ατον
εἶναι τὸ διαλαμβάνειν
ἄν· ὅ(π)ερ κ(αὶ ὁ ἀπολο)γού-
μενος μὴ δ(υ)να(τὸ)ς εἰ-
πεῖν· τ(ῷ) κατασκευάζου-
σα πολιτικοὺς, εὐθέω(ς)
αὐ(το)ὺς προσηχέναι τὸ,
τ(ὴν) ῥητορικὴν εἶναι (πα)ρα-
σκ(ε)υάζουσαν πολιτ(ι)-
κο(ύ)ς. Ἀλλὰ μὴν κα(ὶ οὐ)-
δ' ἂ(ν) τοὺς τοιούτους (προαι)-
ρῶ(ν)ται τῶν λ(όγ)ων,

COLUMNA IX.

ex rhetoricis exercitationibus prodeunt, qui rempublicam administrare valent. ¶ Atque hæc huc usque protracta sunt: quando autem interrogent, quosnam alios dicemus politicos, si rhetores non dicimus; facile est respondere, homines rhetoricæ ignaros; neque enim specimina, neque exercitationes, siquidem ob hæc isti inferiores visi sunt, dixerimus aliquid esse; sed et præ rhetoribus utique panegyricos, eos certe qui in veris versantur certaminibus, et multos eorum, qui quum rhetores non sint, facultate politica pollent. Præterquam quod valde ridiculum est censere (quod ne ipse quidem defensor poterit dicere) nempe ea verba: *Rhetorica perficiens politicos*, ipsos sophistas recte explicuisse hoc modo: *Rhetoricam esse quæ præparat homines ad politicam.* Enimvero nec si talem loquendi rationem præoptent,

Cap. V.
Quinam dicendi sint politici.

μικ(ρόν) ἐστιν (ἔπι) μῆκος· (τὸ γὰρ)

COLUMNA X.

τῶν πολιτικῶν ἔργο(ν, π)ροίστασθαι πόλεων, (σ)υμβουλεύειν πρεσβ(εῦσι)ν, ἐμπειρίαν ἔχειν (νομί)ων, ψηφισμάτων τῶ(ν) σ(υστ)οίχων τούτοις. Τοῖς δ(ὲ ῥή)τορες ἐπίστανται πά(ντ)α ταῦτα· καὶ δύ(νατ)αι τὸ μὲν χάριν αὐτ(ῶ)ν μὴ δείκνυσθαι, τὸ (δὲ), (ἂν ὁ ῥ)ήτ(ω)ρ (μὴ ῥ)ητορ(εύῃ) (δοκεῖσθαι αὐτὸν μὴ ἔ)χειν. (ἡμεῖς δὲ λέγο)μεν (ο)ὐ(κ) α(ὐ)το(ὺς τοιοῦ)τό τι, ἀ(λ)λὰ (μᾶλλον τοὺς) οὐκ ὄντα(ς) ῥ(ή)τορας π(άντα) ταῦτ' ἔ(χε)ιν· ἀ(λ)λὰ (το)ὺς ῥήτορα(ς), ἂν μὲν το(ὺ)ς σχολαστ(ι)κοὺς λαμβά(ν)ωσιν, γέλ(ω)τα πολὺν παρέξουσιν (ἡ)μῖν· ἂν δὲ τ(ο)ὺς ἐμπρακτούς, ο(ὐ)χ ἡμᾶς ἔχουσιν ἐναντ(ιο)υμένους· ἑαυ(τοῖς γὰρ π)ερι(θ)ήσουσιν οὐδὲν (ἄτοπον)· ὅταν δὲ γελοίους (εἶ)ναι φῶσί τοὺς ἀφαιρουμέ(ν)ους τὴν πολιτικ(ή)ν δύναμίν (γ)ε (τελε)ίας ῥητορικῆς, ἐμπεριειλημμ(έ)νην ἐν τῇ προλήψει, καθάπερ τοὺς τῆς ἰατρικῆς τὴν εἴδησιν τῶν ὑγι(ηνων) (leg. ὑγιεινῶν)

COLUMNA XI.

καὶ νοσηρῶν, ἡδονῆς εἰσιν ἀνάμεστοι. Πῶς γάρ, ἡ μὴ συγχωρουμένη περιποιεῖν τὴν πολιτικήν, ἐμπεριειλη(φ)έναι κατὰ τὴν πρόλη(ψι)ν δο-

parva superest distantia;

COLUMNA X.

est enim politicorum munus præesse civitatibus, consilia dare senatoribus, experientiam habere legalium decretorum ad hæc pertinentium. Ex eorum autem sententia rhetores norunt hæc omnia: et potest aliquid quidem propter ipsos non monstrari, aliquid vero, quando rhetor non concionatur, videtur ipse non habere. Nos autem dicimus, non eos quidpiam hujusmodi, sed potius aliquos qui non sunt rhetores, hæc omnia habere At rhetorum nomine si intelligunt eos, qui in schola tantum versantur, multum risum nobis movebunt: si autem eos qui negotiis gerendis incumbunt, nos non habent adversantes; nihil enim non consentaneum sibi arrogabunt. ¶Quum autem ridiculos dicunt esse eos qui a perfecta Rhetorica auferunt politicam facultatem in illius notione complexam non secus ac eos, qui a medicina cognotionem rerum salubrium

Cap. VI.

Num perfectæ Rhetoricæ notio complectatur politicam.

COLUMNA XI.

et noxiarum auferunt, absurda animi elatione laborant. Quomodo enim Rhetoricam, quam non concedimus Politicam comparare, Politicam in sua notione complecti concedemus? Nonne

θήσεται τὴν πολιτικήν; Ἀλλ' οὐχ(ὶ) τὴν μὴν (ἐ)παγγελίαν ἐ(π)ιδιά(π)τε(σθ)αι καὶ ταύτης, τὴν δ' (ἐγ)κριτ(ο)ν νόη(σ)ιν αὐτὸ (π)εριέχειν τὸ γινόμεν(ον), καὶ θεωρούμενον ἀν(εκπλ)ήκ(τ)ως; Οὐ χρ(εία) δ(ὲ λ)όγου πλείονος, οὐδὲ (π)ρὸς τὸ τ(ὰ)ς πό(λε)ις ὑπὸ (τ)ῶν ῥητόρων δ(εδι)ῳκῆ(σ)θαι. Κἂν (γὰ)ρ ἅπαντα (χ)αριτῶμεν, (ὑπ)ὸ τῶν πολιτικῶν ῥητόρων, καθὸ πολιτι(κ)οί, δ(εδ)ιῳκῆσθαι δώσομεν, οὐχ ὑπὸ τῶν ῥητορικῶν· ἂν δὲ καὶ ὑπὸ τούτων, οὐ καθὸ ῥητορικοί. Παραπλησίως δ' οὐδὲ πρὸς τὸ τοὺς φιλοσόφους μηδὲν πεπραγματεῦσθαι περὶ πολιτείας, ἀλλὰ (τ)οὺς ῥήτορας· (ἀλ)λοις μὲν γὰρ ἅ(παντ)α (κ)αὶ το(ι)ε(χ)έσ(θω)· παρὰ δ' ἡ(μ)ῶν ὁμολογείσθ(ω), (ὅτι) διὰ τοῦτο συγχωρεῖς ε(ἰ)ς τὸ

potius dicetur Rhetoricæ promissionem attingere etiam politicam, exactam vero notionem continere illud, quod ab ea fit, et quod non temere in ipsa consideratur? ¶ Non est opus autem prolixioris orationis ad illud: civitates a rhetoribus fuisse gubernatas. Etsi enim omnia benigne concedamus; a rhetoribus politicis, in quantum politici sunt, gubernatas fuisse concedemus, non a rhetoricis: si autem etiam ab istis, non in quantum rhetorici sunt. Similiter autem nec ad illud: nec philosophos ullam reipublicæ administrandæ operam dedisse, sed rhetores; quamquam enim ab aliis hæc omnia pro veris habeantur; nos tamen fateamur oportet, quod per hoc tu devenis ad dicendum

Cap. VII — Rhetores an philosophi civitates gubernarint.

COLUMNA XII.

μηδὲ ἀποτελεῖν πολ(ιτ)ικοὺς τὴν φιλοσοφίαν. Μὴ μέν τοι λεγέσθω μηδ' ἡ σ(οφισ)τικὴ κατασκευάζ(ειν) αὐτούς· οὐ γὰρ εἰ (ποιεῖ ἄ)ν τινας φληνάφους, (ἐν) ταῖς τέχν(αι)ς ὀνόμασιν κατα(χρ)ωμένου(ς) τισίν, οἷς καὶ ο(ἱ πο)λιτι(κ)οί, διὰ τα(ύ)τη(ν) τὴν αἰ(τί)αν καὶ δὴ τῆς π(ολ)ιτικ(ῆς) δυνάμεως ἀπερ(γαστικὴ)ν αὐτὴν ἐρο(ῦμε)ν· οὕτως γὰρ οὐκ ἂ(ν φ)ανοῖμεν π(ᾶσ)ι πάν(τα) προσνέμον-

COLUMNA XII.

ne philosophiam quidem perficere politicos. Itaque nec ars sophistica dicatur ipsos efficere; neque enim si efficit quosdam nugatores, qui in suis technis abutuntur nonnullis nominibus, quibus utuntur politici, propterea ipsam facultatis politicæ effectricem dicemus: sic enim non videremur singulis singula attribuere, de quibus illi jactant se scribere. Igitur quum et hæc convenientem tractationem obti-

τες, ὑπὲρ (ὧ)ν ἐπαγγέλ(λ)ονται συγ(γ)ράφειν. Οὐκοῦν ἐπεὶ καὶ ταῦτα τῆς (σ)υνεχούσης ἐπιδρο(μῆ)ς τέτευχε, λοιπὸν ἂν εἴη διαλαβεῖν ἐκεῖ(νο τ)ὸ μέρος, εἰ ὁ ῥήτωρ ἕνεκα ῥητορικῆς ἀγαθὸς ἂν γένοιτο πολιτικός. Τὸν μὲν τοίνυν διατριβικὸν ῥήτορα πῶς ἂν λέγοιμεν, καθ(ό)σον ῥήτωρ, ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολιτικόν, ὅς (γ)ε οὐδ' ὅλως πολιτικὸς εὑρίσκετο, κ(α)θόσον ῥήτ(ωρ); (ὑ)πὲρ δὲ (τοῦ) πολιτικ(οῦ)

nuerint, reliquum profecto esset illam aggredi qnæstionis partem, an rhetor propter Rhetoricam bonus utique fiat politicus. ¶ Verumtamen quomodo rhetorem exercitationibus incumbentem dixerimus, quatenus est rhetor bonum fieri politicum, qui nec politicus omnino esse invenitur, quatenus est rhetor? Rhetorem vero in rebus politicis versatum

C. VIII. An rhetor per Rhetoricam bonus politicus fiat.

COLUMNA XIII.

ῥήτορος ὧδ(ε) δοκιμάζ(ο)μεν ἀποφαίνεσθαι τῆς ἀγαθο(ῦ) πολιτικο(ῦ δ)ιαλέκτου προχ(εί)ρω(ς, δ)ηλούσης μὲν κ(αὶ) τὸ(ν δ)υνατὸν πολιτικὸ(ν κ)αὶ γενν(ι)κῶς ἔμπ(ειρ)ον, δηλούσης δὲ καὶ (τ)ὸν σπουδαῖον τοῖς ἤθε(σ)ι πολιτικόν. Κατὰ (μ)ὲν τὸ πρότερον, τ(ὸν ἀγ)αθὸν ῥήτορα, ἀγαθὸν α(ὐ)τ(ὸν) φαμεν εἶναι πο(λι)τ(ικ)όν· ὥσπερ τὸν α(ὐλή)τ(η)ν τὸν τεχνίτην, (κα)θό(σο)ν αὐλήτης, τεχν(ί)τ(ην) λέγομεν αὐλήτ(ην)· οὕτως δ(ὲ) καὶ ἀγαθὸν αὐλήτην. Κατὰ δὲ τὸ δεύτερον δ(ήλως ο)ὐκ ἐ(π)εμαινόμε(θα) λέγειν, καθὸ ῥήτωρ, ἀγαθὸν ἂν γενέσθαι πολι(τι)κὸν τὸν ῥήτορα. Πρῶτον μὲν γὰρ κατ' αὐτ(ὴν) ἐμπειρίαν τῶν πόλ(ει), ὡς, ποῖ, ὧν συμφερόντων νοεῖται, καὶ

COLUMNA XIII.

ex hoc probamus, quod ipse se prodat in promtu habentem boni politici locutionem, quæ ostendit quidem politicum et strenuum, et valde peritum; ostendit autem etiam præditum honestis moribus politicum. Primum quidem bonum rhetorem, bonum quoque dicimus esse politicum; quemadmodum artificem aliquem, qui tibicen sit, quatenus tibicen est, dicimus artificem tibicinem; atque hoc pacto etiam bonum tibicinem. Secundo autem non adeo aperte insanimus, ut dicamus rhetorem, quatenus rhetor est, bonum utique fieri politicum. Primum enim, *scilicet rhetor politicus*, consideratur secundum ipsam peritiam rerum civitati utilium, uti, ubi, quæ sint,

λόγου δυνάμεως, καθάπερ ἰατρὸς, κατὰ τὴν τῶν (ν)οσερῶν καὶ ὑγ(ι)εινῶν. Ἐὰν οὖν ταῦτ' (ἦ, οὐ)κ ἄν, ὁποῖος δή (ἐστι το)ὺς τρόπους, οὐ κ(ωλύε)ται ῥή-

---

COLUMNA XIV.

τωρ ὑπάρχ(ει)ν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ το(ῦ) μὴ ῥήτορος, πολιτικοῦ δὲ, ὑπακο(υ)στέον. Ἐ(κ)ωλύε(το) δ' ἄν, εἰ, καθ(ὸ ῥή)τωρ, ἀγαθὸς ὤφειλε(ν ε)ἶναι· τὸ (γὰ)ρ, καθὸ ῥήτω(ρ, οὐ)κ ἄλλο τι λαμβάνεται (ν)ῦν, ἢ τὸ (ἐν) τούτῳ ῥήτω(ρ) ἐστὶ, καὶ ἀπὸ τῆς αὐ(τῆς) διαθέσεως, καὶ οὐκ (ἄλλ)ως δύναται ῥήτωρ (ὑπ)άρχειν, (ἐν) μέσῳ τε(κμ)ή(ριον) κείμενον. Δι(ότ)ι πάμπολλοι ῥήτορες μέ(ν) εἰσι δυνατώτατοι, τῷ δ' (ἔ)θει παμπόνηροι· τὸ δὲ (κ)αθὸ τοιοῦτόν τί ἐστι προσὸν, οὐκ ἐπιδέχεται χωρισμ(ό)ν. Ὅθεν δὴ καὶ διὰ (τ)ὸ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, οὐδὲ χρησ(ί)μην ἡγούμεθα τὴν πο(λ)ιτικὴν δύναμιν, οὐ(δ' α)ὐτοῖς τοῖς κεκτημένοις, οὔτε ταῖς πόλεσιν αὐτὴν καθ' αὑτήν· ἀλλὰ πολλάκις αἰτίαν καὶ συμφορῶν ἀνηκέστων, ᾗ λέγεται πολλάκις αἴτιον τὸ δι(δ)όν ἀφορμάς· (με)τὰ μέντοι καλοκαγαθίας λαμβάνομέν (που τ)αῖς μὲν πόλεσιν ἀγαθὰ πολ-

---

COLUMNA XV.

λὰ συμβάλλεσθαι, καὶ

et facultatis dicendi; sicut medicus secundum peritiam rerum noxiarum atque salubrium. Itaque quum hæc adsunt, qualiscumque est quoad mores, nequaquam impeditur, quominus

---

COLUMNA XIV.

sit rhetor: hoc ipsum autem de eo pariter, qui non est rhetor, sed politicus, intelligendum est. At impediretur utique, si quatenus rhetor est, bonus esse deberet; illud enim quatenus est rhetor, non alio sensu nunc accipitur, quam propter hoc rhetor est, atque ex hac ipsa conditione, et non aliter potest esse rhetor, quum in medio ad id indicandum jaceat. Quapropter plurimi rhetores quidem sunt præstantissimi, moribus autem pessimi: at illud, quatenus aliquid est tale, quum apponitur, separationem non admittit.

Cap. IX. Quid efficiat bonum Politicum et Rhetorem.

¶ Quam ob rem quum hæc ita se habeant, politicam facultatem neque ipsis hominibus ea præditis, neque civitatibus ipsam per se utilem existimamus; sed contra causam sæpe esse exitialium ærumnarum, in quantum sæpe causa dicitur id, quod præbet occasionem: verum si cum honestate conjuncta est, admittimus civitatibus quidem bona multa

---

COLUMNA XV.

et magna conferri; iis vero qui

ΦΙΛΟΔΗΜΟΥ

ΠΕΡΙ

ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ [a].

COLUMNA IV.

. . . . (Εἰ) (ν)ικήσαντι κ(ά)λλιστος (π)ερι(τ)ίθεται στέφανος, (ἡ) τῆς πατρίδος εὔνοια καὶ τὸν νικώμενον ἀ(ν)α(γ)καῖον εὐπράττειν· κοινὰ γὰρ τὰ τῆς κοινῆς πατρίδος ἐστὶν ἀγαθά. (Κα)θάπερ οὖν ἐκείνῳ μὲν ὡς τὸ πολὺ τοῦ λεί(πον)τος οὐ στεφανουμένους μόνον· ἔ(τι δ)ὲ τούτῳ πολλάκις τῆς κοινῆς πατρίδος ἐκ(πίπ)τοντος, καὶ μετὰ σ(τ)ρέ(β)λης καταστρέφοντος. (Οὐ δ)εῖ δῆτ' οὐ δυνά(μενον) πείθειν ὃ βο(ύλεται), διοικεῖσθαι π(όλιν) . . . .

. . . .

COLUMNA IV.

. . . .

